




**Theophili Banosii De politia ciuitatis Dei et hierarchia Romana,  
liber vnus : quid hic liber complectatur, lector deprehendet ex  
indice capitum qui post praefationem positus est : res,  
sententiae, & praecipue? historiae veteres & recentes altero  
indice copiosissimo in fine designantur.**

<https://hdl.handle.net/1874/431502>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

T. BANOSIUS  
De Potitia Civit Dei  
& Hier: Romanae.

F. qu.  
85

Handwritten text, possibly a title or date, located at the top of the page. The text is faint and difficult to read, but appears to include the number '717'.




14

111

ANNO 1714  
MAY 10  
DE 1714





T. B.  
De P.  
& H.



204.


aquit. post. i. q. h. q. de sum. r. q. p. p. ac. daret. l. inuicuat  
 sum. ut in. l. qui in. ut. i. de. d. n. l. tempore accepti mutui.  
 e. ad. p. m. m. can. restat. idic. nō. refert. sine. p. mandan  
 ne. suo. tuo.  
 p. obi. de. l. v.  
 lat. i. accipiat  
 uou. ne. nu  
 i. suple. ita  
 i. m. m. a. l. l. e  
 tra. tua. p. r. o. i.  
 . qu. l. l. i. b. e. r. h. o.  
 m. i. z. n. a. c. u. s.  
 ne. t. u. e. l. i. b. e. r. i.  
 u. e. t. u. r. e. u. m. m. a.  
 t. i. n. e. c. i. u. m. . c.  
 n. e. l. i. b. e. r. i. t. u. m.  
 i. n. m. a. n. d. a. t. i.  
 c. o. u. t. h. i. . i.  
 c. t. e. m. p. l. e. x.  
 t. o. . q. i. . s. e.  
 p. e. q. . s. i. l. i. b. . n. i. s.  
 u. s. e. o. s. a. c. c. i. p. i. a. t.  
 s. i. d. e. p. i. e. t. i. . l. . i. . q.  
 a. n. t. . f. u. g. i. t. u. s.  
 e. t. u. r. . f. . a. c. c. i. p. i. a. t.  
 e. n. d. i. t. o. r. . l. i. b. . i.  
 i. s. i. c. e. s. . i. . d. e.  
 l. . f. u. g. i. t. u. s.  
 t. e. . s. i. . h. i. . d. i. c. a. t.  
 m. a. n. d. a. t. i. . a. g. i.  
 d. i. c. a. t. . n. o. . d. i. c. a. t.  
 n. o. . u. l. i. b. . i. . i. l. l. i.  
 f. u. i. t. . f. a. l. . t. e.  
 p. p. s. u. m. . f.  
 l. e. a. m. . q. . m. i. c. h.  
 o. . n. e. c. . l. i. b. e. r. i. t.  
 e. . n. i. . s. u. o. . h. . a. l. i.  
 u. t. . u. t. . m. a. n. d. a. t. i. . l. . i.  
 b. i. . h. . a. l. i. . t. e.  
 u. t. . p. o. l. . e. u. m.  
 o. u. t. . f. . s. u. m. . i.  
 t. e. . a. c. c. . e. m. p. .  
 u. i. s. . f. . f. u. i. z.  
 a. t. . i. . o. . m. i. s. . c. a. s.  
 m. a. n. d. a. t. o. . i. s. t. e.  
 m. a. n. d. a. t. i. . t. e. r. e. p.  
 t. o. . e. x. e. p. t. o. s.  
 i. . q. . d. i. c. a. t. . n. o.  
 i. n. t. o. a. **S** i. c. u. r.  
 o. z. . b. u. t. . f. . d. i. c. o.  
 i. . m. a. n. d. a. t. . q.  
 i. n. t. a. l. u. n. t. . p. i. e

accepit ab q. i. u. s. e. q. quocies  
 suos numeros accepit editor n.  
 o. t. i. n. g. i. t. l. i. b. e. r. i. t. e. e. d. i. t. o. r. i. **S** u. g. i.  
 t. u. s. m. e. u. s. e. i. a. p. f. i. n. e. e. e. t. p. e. c. i. a.  
 a. c. q. s. u. i. t. . t. e. r. e. a. s. u. i. s. . o. p. a. n. t. e. o.  
 q. . t. i. a. n. s. . p. f. e. l. i. c. i. t. o. m. a. m. e. n. d. i. t. o. r. e.  
 a. c. c. e. p. i. t. m. e. l. a. a. u. t. m. a. n. d. a. t. a. a. c. t. o. r. e.  
 m. e. o. s. e. c. u. t. u. r. u. t. m. i. c. h. i. r. e. s. t. i. t. u. t.  
 t. i. a. n. s. q. . s. u. i. s. m. e. u. s. m. a. n. d. a. t. i. s. s. e.  
 n. a. o. i. n. b. e. a. t. u. r. u. t. p. t. i. n. d. o. m. a. c. c. i.  
 p. r. . s. i. m. o. r. o. g. a. t. u. s. u. i. h. i. s. e. c. e. r. e. n. t.  
**S** i. s. i. u. o. l. u. n. t. a. t. e. e. i. u. s. u. e. n. d. i.  
 t. o. r. n. a. o. t. e. l. i. d. i. t. t. e. p. o. s. s. e. m. e. e. r. e. p.  
 t. o. a. g. e. u. t. m. i. c. h. i. e. o. s. u. e. n. d. i. t. o. r. t. i. a.  
 d. z. u. e. n. d. i. t. o. r. e. q. . p. o. d. o. m. a. t. i. c. i. o.  
 r. e. p. e. a. t. u. r. . s. i. s. u. o. s. t. e. l. i. d. i. t. n. a. o.  
 q. u. o. s. n. o. t. e. b. i. u. t. e. u. m. t. e. l. e. s. e. e. r. i. s. t. i.  
 m. a. r. e. t. **S** i. c. u. r. a. t. o. l. o. r. u. e. n. d. o.  
 n. e. q. d. s. e. c. e. n. t. p. e. c. i. a. m. a. c. d. i. t. o. r. i. b. z.  
 n. o. s. o. l. u. n. t. t. r. e. b. . o. f. f. u. i. s. l. a. b. e. o. . R. n. o.  
 l. u. s. q. . p. s. e. n. t. e. s. f. i. u. n. t. . o. p. e. t. e. a. d. u.  
 s. u. s. e. u. m. m. a. n. d. a. t. i. a. c. t. o. m. h. u. s.  
 a. q. a. b. s. e. n. t. e. s. f. i. u. n. t. n. e. g. . g. . a. c. t. o. r.  
 e. e. a. t. q. u. m. s. i. p. s. e. n. t. e. u. m. m. a. n. d. a. t.  
 i. d. e. g. i. t. e. r. e. c. u. t. u. s. n. e. g. . g. . a. t. n. o. a. b.  
 s. e. n. t. i. b. z. n. e. n. i. s. i. f. o. r. t. e. a. d. u. s. u. s. e. o. s.  
 q. m. a. n. d. a. u. n. t. t. i. n. a. t. o. r. i. t. a. m. q. . s. i.  
 u. e. g. o. c. i. a. a. b. s. e. n. t. e. u. m. g. e. s. s. u. n. t. . q. . s. i.  
 e. i. s. o. l. i. e. d. i. t. o. r. e. s. s. e. c. e. e. r. i. s. t. i. m. a. n. t.  
 i. d. m. a. n. d. a. u. n. t. i. n. f. e. i. m. a. c. t. i. o. a. b. s. e.

. e. s. u. o. r. t. e. u. t. i. l. i. t. e. r. i. s. t. e.  
 i. p. s. o. s. a. c. t. i. e. . g. . p. r. e. m.  
 . s. i. n. p. h. i. c. i. a. t. u. r. q. . e. i. n. t. m. a. n.  
 t. a. l. u. m. m. u. t. u. e. i. a. t. i. o.  
**S** u. o. b. m. a. n. e. s. u. e. i. a. t. i.  
 S. u. o. b. a. l. i. a. m. u. i. s. t. a. t. i.  
 s. a. t. i. e. a. l. l. e. g. e. t. a. n. d. i. e. n. t.  
 n. e. c. a. s. o. m. i. t. t. e. n. d. i. m. a.  
 o. r. s. m. a. n. d. a. t. o. r. i. s. e. . m.  
 t. u. m. s. o. l. u. t. u. r. m. o. r. t.  
 o. r. a. n. c. i. a. m. i. p. l. e. t. u. m.  
 u. t. i. l. i. t. a. t. i. s. e. i. d. i. u. t. . o.  
 m. a. n. d. a. t. o. r. i. s. m. o. r. t. e.  
 d. a. t. u. m. s. i. o. b. l. i. g. o. m.  
 r. e. s. i. q. s. d. e. b. i. t. o. r. i. s. i. n. o.  
 u. t. n. a. o. s. o. l. u. e. r. e. t. e. b. i. t.  
 o. e. o. a. u. m. i. d. i. g. n. o. r. a.  
 b. a. n. e. u. m. o. r. **C** a.  
 c. i. n. t. a. f. i. d. e. i. u. s. s. o. r. i. .  
 e. o. d. e. l. e. g. a. t. u. s. s. i. t. e. d. i.  
 u. e. n. t. i. n. f. i. u. t. q. . z. b. o.  
 f. a. c. i. t. e. d. i. t. o. r. q. . a. d. m. o.  
 d. e. l. e. g. a. t. u. m. s. i. u. s. q. . f. i.  
 n. i. t. u. t. e. d. i. t. o. r. e.  
 t. o. r. e. s. u. m. e. u. m. q. .  
 n. o. a. g. e. t. f. i. d. e. i. u. s. s. o. r. i. s.  
 m. i. c. h. i. n. e. s. i. t. u. t. m. i.  
 i. t. e. d. i. t. o. r. i. a. n. e. u. m. l.  
 t. e. a. s. c. i. e. n. d. e. n. i. p. i. u. s. t.  
 s. e. q. t. e. l. e. m. a. n. d. a. t. i. m.  
 i. t. **C** a. n. d. a. t. o. r. i.  
 r. . q. . p. u. n. a. t. o. r. i. e. d. i. t.  
 i. u. s. p. e. n. a. t. o. r. i. s. f. i. q.







N. 32. A.

n<sup>o</sup> 14. m.

THEOPHILI  
BANOSII

De

POLITIA CI-  
VITATIS DEI ET  
HIERARCHIA  
ROMANA,

LIBER VNVS;

Numquam antea editus.

*Quid hic liber complectatur, lector deprehendet ex Indice  
capitum qui post praefationem positus est; Res, sententiae,  
& praecipue historiae veteres & recentes altero Indice  
copiosissimo in fine designantur.*



*Ed. dom. Bar. Gelii*

FRANCOFVRTI  
Apud Ioannem Wechelum,  
M D X C I I.



THEOPHILUS  
DANKMANN

POLLITIA  
VITAE DE BE  
HIERARCHIA  
LITERARUM

Die Kunst der Buchführung  
von Johann Christoph  
Dankmann  
Leipzig 1784



FRANCOFURTI  
Andreas Weichmann  
M. D. C. C. I. I.



AD CLARISSIMOS  
ET SAPIENTISSIMOS CONSULES,  
SCABINOS, SENATORES, ET ADVOCATOS  
inclytæ ciuitatis imperialis Francofurtensis ad  
Mœnum, Dominos multis nomi-  
nibus colendissimos,  
Præfatio.

**P**ROPHETA DEI exoptabat olim sibi dari oculos qui deducerent lacrymas tanquam torrentem, ad deplorandū statum Hierosolymæ, postquam eius populus in captiuitatem Babylonicam esset abductus. Funestum enim fuit, sacerdotes sanctæ ciuitatis nec non seniores à maiorum suorum sedibus auelli, sed funestius multo, urbis incendium & templi depopulationē intueri, quod Deus cultus sui domicilium in orbe vnicum elegerat; funestissimum vero fuit, populum Dei, a gente barbara in exilium pulsum, veræ Religionis exercitio priuatum, piorum sanguinem ut aquam effusum, Sedeciam Regem occisis liberis à Chaldaeis exoculatum, & vinculis obsessum, contemplari. Huius calamitatis & vindictæ grauissimæ causam vnicam esse Chaldaei promulgarunt rebellionē Regis & populi Israelitici, qui pacta non seruassent: at causas mul-



to plures Scriptura sacra cōmemorat, nempe verbi Dei, & Prophetarum contemptum, sacerdotū imposturas & mendacia, fornicationem idolorum, hypocrisim, malitiam, auaritiam & iniustitiam cum Magistratus tum populi, confidentiam in cultu Dei externo, fiduciam in præsidio humano, inhumanitatem in proximum, homicidia, furta, adulteria, & indelebilem mali consuetudine. Quæ omnia si quis attentè conferre studeat cum iis quæ Ecclesia & Reipublica Christiana contigerunt ab annis præcipue circiter mille, si hæreses & præuarcationes orbis Christiani, si Antistitum & sacerdotum ambitionem recensere, si doctrinæ sacrae & politiæ Ecclesiasticæ corruptelas, idololatriam & deflectionem à vero Dei cultu perpendere, si procerum & subditorum delicta rectè subducere, si horrèda Dei iudicia peccata iuste ulciscientis in memoriam reuocare, si, inquam, ista serio quis meditetur, dies noctesq; ei plorandum erit & deplorandum. Equidem circumstantias eorum quæ supra dixi, historia est, non præfationis, notare, binas obiter tātum attingam captiuitates, quas à decem seculis Ecclesia & Respublica Christiana experta est, & magna ex parte adhuc experitur. Prima contigit in Oriente à Mahometo, qui anno nostræ salutis quingētesimo nonagesimo tertio, vel ut quidam scribit 567. in Arabia obscuris & miseris parentibus natus est, sed ingenio astuto & audaci paupertatem superauit; Hadigamq; locupletissimam & nobilissimam dominam uxorem duxit. Ad eum Sergius monachus & ex Christianismo apostata confugit; cuius opera effectum est nouum doctrinæ genus miscellaneum, ut eo iucundissimo hamo barbarorum ingenia caperentur. Vt vero eorum animos Mahometus sibi omnino deuinciret, conuentum, Turcæ Moschaam vocant, instituit, in quo  
 pro

pro summo Pontifice primum se gessit, postea Saracenorum armis Damascū occupauit, Aegyptum deuastauit, Asiam subegit principatumq; obtinuit, regnante tunc in imperio Christiano Heraclio imperatore. Mortuo Mahometo eius posterī Ecclesias Christi in Oriente saepe & misere profligarunt. Quam intulerint Pannoniæ cladem ante centum & quadraginta quinque annos nemo est in annalibus mediocriter versatus qui ignoret. Casu enim Vladislao rege triginta Christianorū millia obruncarunt, & multo plura in miseram & deplorandam seruitutem adduxerūt. Quis quaeso temperabit sibi à lacrymis, si recordetur illius regni felicissimi sub Stephano primo Hungarorum rege, florentissimi vero Matthiæ temporibus, quod in septuaginta duos Comitatus diuisum celebres Ecclesias & Episcoporum sedes plurimas complectebatur, nunc horribiliter per Turcam vastatum, iacentis cadaueris imaginem, & hostis immanissimi crudelitatem spectantibus ob oculos ponit. Sed hæc leuia, præ illis quæ sequuta sunt mala. Amurathis enim filius Constantinopolim, sedem Ecclesiæ & Reipublicæ Christianæ antiquissimam circa annum 1456. expugnauit, & in ea Turcæ in hunc usque diem imperii sui fastigium collocarunt, incredibili Christianorum clade & captiuitate. Ecclesiis quidem Christi sub Mahometano imperio locus relictus est, sed de illis vere dici potest quod legitur Esaia cap. 1. Derelicta est filia Sion ut umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. In tributū annuum de singulis Christianis, singulos aureos Turca imperat patribus familias, liberos ingeniiis eximiis præditos pro arbitrio usurpat, quos circumcidi & Turcicæ blasphemiæ ritibus imbui iubet. qui inter illos generosioris sunt naturæ, arma cō-

tra Christianos gerere coguntur. Hos Ianizarios vulgus nuncupat. Fuerunt olim sub Palaologis imperatoribus pleriq; viri, & imprimis Ecclesiarum praesules viri doctissimi, nō Græci solum sed Latini sermonis peritissimi: at hodie vix e millibus vnus reperitur qui Latine norit: Græca etiam lingua puritas apud illōs exultat: Athenæ, domicilium doctrinarum & artiū, in quibus Ecclesia & Academia Christiana floruit, fere derelicta est: discunt hodie in priuatis scholis Christiani Græce tantum legere, vt Horologium Græcum seu horarias preces euoluere possint, illis que non sacerdotes solum & monachi, verum ex plebeis primarij vtuntur, potioemq; religionis partē in hac precandi superstiosa formula constituunt. Equidem Ecclesiarū illarum status miserrimus est, siue doctrinam ipsam, siue politiam ecclesiasticam consideremus. De processione Spiritus sancti male sentiunt: & licet imperator & patriarcha Constantinopolitanus, tempore Eugenij quarti Episcopi Romani, nec non Græciae Praesules qui interfuerunt in concilio Ferrariae & Florentiae habito, suam cum Latinis sententiam hac in parte post multam disceptationem coniunxerint, hodie tamen antiquum errorem retinent; sanctos in cælis agentes inuocant, admodum crasse & superstiose imagines pictas adorant & venerantur. Bibliorum sacrorum vsus apud illos rarus & fere nullus. Missis priuatis quotidie vtuntur, in quibus etsi non offerunt sacrificium corporis & sanguinis Christi pro redemptione viuorum & mortuorum, sed λογικὴ λατρεία & eucharistica sacrificia exercent, neq; priuatas illas Missas absq; communicantibus celebrant, attamen in multis offendunt. Sanctorum quos inuocant meritis & auxilijs cōfidunt: doctrinam de iustificatione per fidem in Iesum Christum bonorum operum fiducia obscurant,

& in

& in ritibus & caeremonijs, quas ex traditionibus prater Dei  
 verbum & Ecclesiae primitivae usum retinent, summam Religio-  
 nis ponunt. Quod ad politiam ecclesiasticam attinet, raras & fere  
 nullas cōciones habent, imagines, ut dixi, praesertim Mariae vir-  
 ginis, artis lenocinio in templis frequentes pingunt & colant; di-  
 sciplinam quidem exercent, sed perperam. Non enim distinguunt  
 inter delicta & scelera, nec inter peccata publica & privata, le-  
 uibus de causis homines Anathemate deuouēt, canones scripturae  
 sacrae & Ecclesiae primitivae in electionibus ministrorum non ser-  
 uant, Patriarcham Constantinopolitanum ut Monarcham  
 colunt, gradus Episcoporum à patribus ad vitandam avaritiam in-  
 stitutos in superbiam & ambitionem commutant; denique atten-  
 tiores sunt multo ad rem faciendam, vel in litibus & appellatio-  
 nibus discutiendis, vel dignitatis Episcopalis priuilegijs asseren-  
 dis, quam in doctrinae sacrae & disciplinae officijs exercendis. Haec  
 pauca ex infinitis de quibus Historia testatur commemoravi, ut  
 recordemur Christianorum sortem funestissimam, qui sub impe-  
 rio Turcico anima, corpore, liberis, facultatibus, Religionis &  
 politicae Ecclesiasticae corruptelis tristissimae captiuitatis iugum  
 experiuntur.

Altera Ecclesiae & Reipublicae Christianae contigit captiui-  
 tas in Occidente statim post Mauricii Imperatoris obitum. Phocas  
 enim domini & principis sui parricida, ex centurione Caesar à  
 Militibus creatus, ut crimen parricidii expiaret, Hierarchiam  
 in Ecclesia Romana erexit, id est seruitutem Aegypti & capti-  
 uitatem Babylonis stabiluit, ex qua verbi Dei obliuio & corru-  
 ptela, traditionum farrago, tetri Missarum abusus & sacrifi-  
 cia pro uiuis & mortuis, inuocatio diuorum, cultus statuarum,

idololatrici panis circumgestati superstitio, superbus dominatus, politia Ecclesiastica deprauatio, vitæ turpitude, bellorum ciuiliū origo & continuatio, florentissimarum Europæ prouinciarum & regnorum deuastatio, tanquam ex Camarina profluxerunt & quotidie fluunt. Vtramq; captiuitatem à Mahometo impostore & Phoca proditore ortā præcesserant cometes & prodigia multa, de quibus Platina in Sabiniano primo sic scripsit: Tanta hoc tempore (regnante scilicet adhuc Mauricio Imperatore) apparuerūt prodigia, quanta nunquam antea, quib. futura calamitates portendebantur. Nā & Cometes visus est perlucidus, & Byzantiij puer quadrupes nascitur. Quidquid sit, cōstat ex historijs eodem seculo natum esse Mahometum, & regnasse Phocam Hierarchie autorem, monstra duo & flagella quibus Respublica & Ecclesia Christiana pessundata est & adhuc pessundatur.

Sed cur in lapidem respicimus? cur non potius in manum Dei iuste proiicientis? cur in alienis peccatis plus quam Lyncei sumus, & in nostris cæcutimus? cur historias & constellationes obseruamus, interim prophetias Christi & Danielis silētio præterimus? Absit, imo ex illis ad pænitentiam & peccatorum confessionem conuersi agnoscamus & consiteamur cum Propheta in modum sequentem: Tibi domine iustitia, nobis autem confusio faciei, Regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris; peccauius omnes, recessimus omnes à mandatis tuis & iudicijs; Deus misericors propitiuss esto nobis peccatoribus. Inanis certe nunquam fuit hæc oratio, qua credibile est maiores nostros Dei misericordiam sæpius implorasse, & tandem exorasse. Extremis enim temporib. cum euersa Ecclesiæ fundamēta tota essent, omniaq; obsessa tenebris tenerentur, præclaros Ecclesiæ doctores, inprimis in Germa-  
nia,

nia, Heluetia, Anglia, Gallia, & aliis Europæ locis, ille ipse Deus zelo inflammavit, & Euangelii sui luce illustravit; qui totis animi & corporis viribus ad Ecclesiæ instaurationem incubuerunt. Excitauit etiam præstantissimos Germaniæ Principes & politarchas, qui puriorem Euangelii doctrinam complexi, idolorum cultum sustulerunt è ciuitate Dei, falsos Prophetas abiecerunt, ventresq; inertium & ignauorum fucorum ex alueis apum eiecerunt, proq; Baallicis canonicis & monachis suos Baalas inani mugitu reboantibus, substitutos curarunt Aarones, Samueles, Augustinos, verosq; diuina legis doctores & pastores delegerunt; etiam in multis locis magnum iuuentutis numerum, omnibus laudandis artibus, sed sacris præcipue literis informandum suis sumptibus curarunt, & tanquam Ecclesiæ seminarium excoluerunt. Quæ cum ita sint, posterius merito agnoscent Iosaphatos ex Palestina Syria in agrum Germaniæ Dei beneficio traductos fuisse. Quin ad istam Ecclesiæ tutelam excitatus est Hæricus quartus nunc Gallia & Nauarra Rex Christianissimus, nec non Elisabetha Anglorum Regina, parens & Ecclesiæ nutrix: ex classe etiam antistitum non pauci raræ eruditionis, & pietatis viri nostra ætate extiterunt, qui sanguine suo Christi Martyres & Ecclesiæ Episcopi insignes agnitam veritatem obsignarunt & posteris suis doctrinæ purioris professoribus, pietatis in asserenda veritate exemplum reliquerunt quod imitentur. Ergo labores isti virorum principum, & aliorum piorum, in promouenda Euangelij doctrina, æterna memoria digni fuerunt.

Quid? Euangelii disciplina & Ecclesiæ politia quo loco fuit eritque apud illos? eodem nempe quo & ipsa doctrina. Est enim fidei & sacramentorum neruus, incitamentum bonis & frænum

malis, quo hi a turpi vitiorum consuetudine reuocantur, illi ad pietatis amorem incitantur. Et quemadmodum nulla domus diu incolumis est, absque œconomia vsu, nec gubernatio vlla firma, in qua politica ordinationes negliguntur: sic Ecclesia facile corrumpitur nisi Euangelicae leges in praxim reuocentur & exerceantur. Id verissimum esse temporum superiorum historia docent, ex quibus si subducantur secula fere sexdecim, a quibus Ecclesia Christi fundata est, priora in quibus Apostolica disciplina & primitiua Ecclesia politia viguit, aurea dici possunt: reliqua quo longius ab ea discesserunt, eo nequiora & deteriora. Conqueritur D. Augustinus epist. 119. ad Ianuarium, adeo inualuisse suo tempore præsumptionum & caremoniarum numerum in Ecclesia, ut grauius peccare cœferetur qui per octauas suas pedibus nudis terram premeret, quam qui mentem vino obrueret: & addit tolerabiliorem videri Iudæorum statum vel conditionem quam Christianorum. Quid dicturus fuisset sanctus doctor si subsequētibus vixisset seculis, in quibus non præsumptiones modo, sed traditiones verbo Dei ex diametro repugnantes, & canones, politiam a Patribus institutam labefactantes immense creuerunt? Quid si Decretalia, Clementinas, decretaque ad Hierarchiam Romanam stabilendam excogitata euoluisset, absque dubio dixisset efficta esse a Sathana ut hominum mētes a studio verbi Dei reuocata, vanissima superstitione occuparentur. Itaque ut in Republica in quam mali mores irrepserunt, boni ciues dant operam ut ad prima ciuitatis fundamenta bonis legibus iacta reformentur: sic piorum omnium est eniti ut repurgatis illis, quibus Ecclesia fere collapsa est, instauretur super fundamentum a Christo Monarcha positum, quod Apostoli & primitiua Ecclesia retinuerunt. Ut vero in hanc laudabilem curam omnes cordati viri incumbant, Reipublica &

*Ecclesia occidentalis miserrimus status vehementer admonet: hareses, dissidia & contentiones regnant, bello, fame & peste conflictamur, ubique imminent magna in regnis mutationes, idq; iusto Dei iudicio, qui verbi sui profanationem inultam nunquam patitur. Non enim audiendi sunt illi qui regnis periodos, & Ecclesiis vicissitudines fatales philosophantur. Fatale non fuit Balsasarum regem Babylonis regno deturbari, & in eius locum succedere Darium Medum: sed supplicium fuit diuinum, quòd vasa templi corrupisset. Agnoscunt etiam Ethnici bellum Alexandri Magni quo Monarchia a Persis ad Græcos translata est, vindictam fuisse Altissimi, ulciscens superbiam populi Persici, & iniustitiam qua Græciæ ciuitates opprimebant. Item Iulij Caesaris bellum fatentur pœnam Dei fuisse, auaritia, superbia, luxuria, libidinis & motuum ciuiliu, quibus tunc Respublica Romana laborabat. Templi & urbis Hierosolymitanae excidium, non Vespasiano, sed vindictæ diuinæ adscribendum est, qua Iudeorum contumacia punita est. quid plura? Christus sapientia aeterna nos docuit Math. 24. quomodo iudicare debeamus de pseudopphetis, haresibus, bellis & aliis calamitatibus nouissimi temporis Historia item Orientalis & Occidentalis imperii sapientes viros erudiuit, experientia insipientes, credulos reddidit, cuiusque nostri seculi calamitas probat doctrinæ & politiæ sacræ corruptelam, morum luxuries, auaritiam & superbam dominationem eorum, quorum professio ab ambitionis suspitione immunis esse debuit, iram Dei prouocasse & prouocare. Quamobrem his grauius motus rationibus, de politiâ quæ primis Ecclesiæ seculis viguit, & de eius perturbatione in Hierarchia Romana librum scripsi, cuius hæc sunt capita præcipua, Ecclesiam scripturæ S. sub-*



iectam esse: optimam disciplinam non ex hominum traditionibus, sed ex Dei verbo & Ecclesiae primitivae usu repetendum esse. Hierarchiam Romanam contra Apostolicam disciplinam, & Orthodoxorum patrum politiam per summam tyrannidem institutam esse. Argumenta singula quae tractantur in Indice uniuscuiusque capituli praefixa sunt, ut lector iactu oculi statim deprehendat de quibus rebus agatur. Hanc vero methodum sequor: sublatis captiosis argumentis, doceo quae fuerit politia in Ecclesia Hebraeorum ex Dei verbo instituta, quae ratione desierit, & in eius locum substituta sit politia Apostolica, ex qua Ecclesia Christiana vetus pura disciplinam exercuit: per antithesin vero Hierarchiam Romanam & ea argumenta quae pro eius patrocinio adferuntur, impugno non meo, sed scripturae sacrae, patrum & probatorum autorum testimonio. De iis quae doctrinam fidei spectant obiter tantum ago, partim quod alienum fuisset a meo proposito, partim quod praestantissimi Theologi per annos quinquaginta editis scriptis, ea quae ad doctrinae emendationem pertinent, ita sunt persecuti ut desiderari iuste nihil possit amplius: in iis vero de quibus ago, copia sermonis aut probationum congerie non utor, nisi in paucis locis quae visa mihi sunt amplificatione egere. Testor autem coram Domino, me in nullius Ecclesiae Christi aut Pastoris prauiudicium scribere. Pastores enim ut debita observantia prosequor, sic omnes Ecclesias ex Babylonis servitute eductas pie colo; mea etiam conscius imbecillitatis, nihil quidquam mihi tribuo praeter spontaneam & liberalem oblationem ad opus Domini perficiendum. In aedificationem tabernaculi, ut est Exo. 35. non minus admissi sunt illi qui pelles arietum aut ligna offerebant quam, qui aurum aut pretiosissima quaeque donaria exhibebant

bebant: in propugnaculis contra hostem muniendis admittuntur calorum imo mulierum studia; etiam in extinguendo communi incendio adolescentis modiolum aquae adferentis labores non negliguntur: multo magis confido hanc meam etsi tenuem operam in asserenda Ecclesiae politia, & modo tyrannide oppugnanda, piis rem gratissimam fore: quibus si placuero, pro minimo mihi erit si illis displicuero qui sinistra manu accipiunt quae dextra a me offeruntur, vel iis qui Pontifici Romano adulantes contra scientiam & conscientiam lucem in tenebras & tenebras in lucem invertere conantur. Vtinam vero idem Ecclesiae Christianae accidat quod olim Israeliticae, cum populus plus offerret quam necessariū esset ad opus sacrum perficiendum, & Moses proclamaret ut nemo posthac quidquam offerret pro sanctuario! Vtinam etiam id tandem accidat, quod ex patribus quidam scripsit! Adhuc, inquit, si corpus sumus Christi, & posuit Deus singula membra in corpore ut id ipsum sapiant, consentiant & sollicita sint, patiente membro uno compatiuntur omnia, debemus in nobis musicum istum seruare concentum: sicut enim in Musicis nisi fuerit conuenientia vocum, non delectat audientem, sic & in Ecclesia, nisi consensum habuerit, non delectatur Deus ea, nec audit eius voces. Consentiamus ergo & congregatis nobis in nomine Iesu, sit Iesus in medio nostri, verbum scilicet Dei, sapientia & virtus ipsius.

Accepistis hactenus, clarissimi & sapientissimi Domini, rationes quae me ad huius libri scriptionem induxerunt, nunc eas, si placet, audite quae animum mihi addiderunt ut eius editionem Amplitudini vestrae consecrarem. Meditanti mihi felicissimam Ecclesiarum Germaniae instaurationem, de qua supra memini,

occurrit saepe ex historiis maiorum *V. A.* recordatio, qui ab hinc annis circiter septuaginta Ecclesiam Francofurtensem è tenebris pontificiis in lucem Evangelicam educere incœperunt non minori pietate, quam constantia. Capitale enim tunc fuit a recepta superstitione & dogmate, vellatum unguem discedere: Illi nihilominus nullis capitis aut fortunarum periculis pepercerunt, ut Ecclesiam repurgarent, & cum probe intelligerent in religione nihil pulchrius aut salutaris esse doctrinam concordiam, eam anno 42. inter huius ciuitatis ministros constituerunt. Ad testandum vero cum ceteris Germania Ecclesiis consensum, cum anno 1557. in hac vestra ciuitate conuenissent nonnulli Principes agentes de communi confessione quae offerri deberet Synodo Tridentina, licet undique obstreperet periculorum machina, vota tamen sua cum aliis omnibus coniunxerunt & pie consenserunt. In memoriam reuocarunt, pii Magistratus officium esse Ecclesiam a superstitione, idololatria, doctrina falsa & tyrannide, pro viribus vindicare. Meminerunt etiam se eam Rempublicam gubernare, in quam ex omnibus Europa regnis & prouinciis quotannis bis maximam populorum frequentiam concurritur, in nundinis, orbis uniuersi celeberrimis. Constituta est ergo Ecclesia Christi in qua tanquam publico pietatis theatro pii omnes erudiuntur, hincque fructus redierunt ad multas nationes uberissimi. Narrat Theodoretus ecclesiasticae historiae libro primo, capite vigesimo secundo, per Frumentum martyrem & adiuuantes ipsum negotiatores Christianam religionem apud Indos primum esse fundatam: accidit similiter superioribus annis, ut plerique mercatores hic in nundinis Euangelium audientes, praedicatione uerbi Dei & spiritus sancti gratia illustrati, ueram religionem professi

professi sint, & domum reuersi popularibus suis authores fuerunt  
 ut idem facerent: denique insignis clementia & iustitia Chri-  
 stiana testimonium fuit exercere hospitalitatē in peregrinos affli-  
 ctos, patria propter Euangelii confessionem exultantes: quae res  
 ut Deo semper gratissima, sic benedictionibus fuit cumulata.  
 Has maiorum V. A. pietatis, constantia, sapientia, clementia &  
 hospitalitatis virtutes eximias vos parentum praecclarorum filii  
 dignissimi non solum refertis, sed ornamentis multis illustres Ec-  
 clesiam & Rempublicam quam ab illis accepistis illustriorem in-  
 dies redditis. Mirantur & obseruant multi, idque merito, hu-  
 ius ciuitatis frequentiam in nundinis, aedificiorum quae indies cre-  
 scunt splendorem, Reipublicae formam, Senatorum in ea guber-  
 nanda prudentiam & temperantiam. At ego doctrinam de Deo  
 in Ecclesiis resonantem, formam earum & gubernationem; re-  
 ligionis & pietatis studium, pastorum piorum & eruditorum in  
 pascendo grege Domini, vigilantiam & curam obseruo & amo-  
 Magistratum pium & moderatum, pacem, pietatem, iustitiam  
 inter ciues conseruantem: tyrannidem, idololatriam & supersti-  
 tionem pro virili oppugnantem, aeternis laudibus praedicandum  
 censeo, colo & veneror. Quamobrem quum mihi perinde ac o-  
 mnibus ciuibus & incolis huius ciuitatis commune hoc sit benefi-  
 cium, pacifice sub vestra clientela vitam non modo agere, sed etiā  
 pasci pabulo caelesti, quo non minus anima quā corpora cibo fouē-  
 tur; immortales hoc nomine Deo & V. A. gratias ago: & quoniā  
 in me amando veterem humanitatem retinetis vestram, ingratus  
 & plane rudis essem, nisi in vos colendo atq; omni studio prosequē-  
 do hominis minime ingrati testimonium ederem. Hunc ergo De  
 Politia Ciuitatis Dei & Hierarchia Romana librum, V. A.

nuncupo & sacrum facio, in perpetuum mei in eam obsequij monumentum: quod ut equi bonique consulat etiam atque etiam rogo. Deum Optimum Maximum toto pectore obtestor ut V. A. Spiritu suo sanctissimo gubernet, & diu incolumem seruet, Ecclesiam & ciuitatem hanc potentia sua protegat, & benedictione sua ornet in perpetuum.



# INDEX ET SVMMARIVM CAPITVM.

## C A P. I.

- 1 **T**Yrannide nullum grauius malum.
- 2 Quid sit politia Ecclesiæ.
- 3 Proborum & improborum permutatione Ecclesia laborabit ad iudicii diem.
- 4 Vfus disciplinæ necessarius Ecclesiæ.
- 5 Vt lex Reipublicæ, sic sacra scriptura est Ecclesiæ domina.
- 6 Scripturæ sacre persuasio & auctoritas vnde sit.
- 7 Disciplinæ ecclesiasticæ cognitio & vsus ex sacra scriptura depromitur.

## C A P. II.

- 1 **D**E captioso traditionum argumento contra scripturæ sacre auctoritatem, & de illarum Gabela.
- 2 An symbolum Apostolorum sit ex traditione, & de eius harmonia cū scriptura sacra.
- 3 Argumentum pro traditionum patrocinio infirmum est ab autoritate Patrum, & de nequis eorum.
- 4 De Conciliis, & an recipi possint ab illis traditiones verbo Dei repugnantes.

## C A P. III.

- 1 **D**E loco Augustini, **NON CREDEREM** Euāgelio nisi me auctoritas Ecclesiæ commoueret.
- 2 De argumento ducto ab obscuri-

tate scripturarum, & qua methodo exponi debeant.

- 3 An scripturæ sacre domina sit Ecclesia, quod libros Canonicos distinxerit ab Apocryphis &c.
- 4 Quomodo Ecclesia leges condere possit, & de illarum differentia.

## C A P. IIII.

- 1 **D**E politia Ecclesiæ Hebræorum in veteri Testamento.
- 2 In sacra politia Mosaica nullæ imagines erant; & de Cherubinīs, figurisq; leonum, &c.
- 3 De Leuitis sacerdotibus, & summo pontifice Hebræorum.
- 4 Ordinis sacerdotalis autoritas & dignitas amplissima fuit in Ecclesia Hebræorum.
- 5 In maiori senatu Hebræorū in quo sedebant Leuitæ, politia ecclesiastica distincta fuit à ciuili, causis, iudicibus & præsidibus.
- 6 In Ecclesia Israelitica sacerdotū iudicia, Deo propugnatore, sacra erant.
- 7 Esdras Iosaphati regis distinctionem secutus est in vtroque ordine, politico & Ecclesiastico.
- 8 De caeremoniis quæ ad cultum doctrinæ sacre pertinerunt.
- 9 De disciplina pœnitentiæ apud Hebræos.
- 10 Caeremoniæ legales typi fuerunt eorum quæ in Christo expressa sunt, & de templi Hierosolymitani destructione.

## C A P. V.

- 1 DE Ecclesiæ Christianæ politia & eius perfectione.
- 2 Ad Ecclesiæ *κοίτην* multæ functiones sunt à Deo institutæ, aliæ temporales, aliæ perpetuæ.
- 3 Cur Ecclesiæ ab Apostolis constitutæ, Apostolicè dictæ sint.
- 4 Inter multas Ecclesiæ functiones nullum visibile vel ministeriale fuit caput, & de optima Ecclesiæ politia.

## C A P. VI.

- 1 DE Ecclesiæ ministris, & eorum variis appellationibus, officium & dignitatem ministerii designantibus.
- 2 In Ecclesia Christiana Pastores non sumuntur ex certa tribu, & de illorum ætate matura.
- 3 Quomodo iuvenes ad ministerium coaptari possint, & de doctrina & eruditione ministrorum.
- 4 De moribus, pietate & grauitate veri Pastoris.
- 5 De constantia ministrorum Ecclesiæ.
- 6 Compendium virtutum quas scriptura sacra designat; & necessariæ sunt Ecclesiæ pastoribus.
- 7 Canones Conciliorum generalium & prouincialium secundum quos Episcopi Ecclesiæ sint præficiendi, & quales esse oporteat.

## C A P. VII.

- 1 Quomodo & à quibus eligerentur Ecclesiæ ministri tempore Apostolorum, & de sorte adhibita in electione Matthiæ Apostoli.
- 2 Ecclesia primitiua ordinariam electionis formam secuta est, quæ

cleri iudicio & populi suffragio fieri solebat.

- 3 Quomodo & à quibus Episcopus Romanus eligatur, & ordinetur.
- 4 De Cardinalibus Papæ electoribus, & quo iure id faciant.
- 5 Antiquissimo iure cõfirmatio electionis Episcopi Romani ad Imperatorem pertinet.
- 6 De Papis qui primi ausi sunt Ecclesiæ & Imperatoribus adimere potestatem eligendi & confirmandi Episcopum Romanum.

## C A P. IIX.

- 1 DE causis institutionis diaconorum, necnon hypodiaconorum, & Archidiaconorum, & de illorum officio antiquo.
- 2 De moribus diaconorum & quomodo ab Ecclesia primis seculis eligerentur.
- 3 Tria essentialiter necessaria in electionibus Ecclesiasticis.
- 4 De additamētis superstitionis in electionibus & ordinationibus quæ fiunt in Papatu; & de corrupto ordine Archidiaconorum.

## C A P. IX.

- 1 DE presbyteris Ecclesiæ primitiua, & officio illorum tum in verbi Dei prædicatione, tum in disciplinæ administratione.
- 2 Presbyterorum munus disciplinæ incumbendum sublatum in Ecclesia malitia præsulum.
- 3 Qualis presbyter Ecclesiæ esse debeat.
- 4 Ecclesiæ suffragiis eligendi presbyteri, & refutatio argumentorum quibus vni & alteri hæc potestas tribuitur.
- 5 Refelluntur ordinariorum argumenta,

- menta, & probatur Magistratum præcipuum esse Ecclesiæ membrum, & ad eum curam Ecclesiæ pertinere.
- 6 Etiam si principes suo officio erga Ecclesiam non fungantur, non sequitur clauis Ecclesiæ ad sacerdotem vnum pertinere.
- 7 Solutio obiectionis, ab exemplis Melchisedeci & Aaronis.
- 8 Cur Ecclesia primitiua vsa non sit vnctionibus in ordinatione pastorum, presbyterorum & diaconorum.
- 9 Primi Imperatores vsque ad Iustinum, & reges Galliæ primæ stirpis Christiani omnes, vncti non fuerunt: & de abusu vnctionis.
- 10 De Ecclesiæ doctoribus Theologis: Hebræam linguam omnium antiquissimam, & doctrinam sacram in Academiis profitentibus.

## CAP. X.

- 1 Quid sit Ecclesiæ presbyterium.
- 2 Cur Ecclesiæ presbyterium, Synedrium vel Consistorium vocandum non sit.
- 3 Curiositas damnanda in Ecclesiæ rectoribus.
- 4 An Ecclesiastici tractare possint politica & polemica.
- 5 Potior iuris Canonici pars a iure ciuili desumpta est, & de eius abusu in Papatu.
- 6 Perniciosa fuerunt Papparum consilia de reb. polemicis, vt ex historia luce demonstratur.

## CAP. XI.

- 1 Refelluntur argumenta Bonifacii extrau. De maiestate & obedientia, cap. Vnam sanctā, & qualis fuerit hic Papa indicatur.
- 2 Primi Episcopi Ecclesiæ Rom. gladio Magistratus perierunt, tantum abest vt illum exercuerint.
- 3 Potestas temporalis ecclesiastica nulla est, & Ecclesiastici Magistratui politico ex Dei verbo subiciuntur.
- 4 Historia Hentici 4. Imperatoris, & Philippi 4. Galliæ regis, qui Papas rebelles in ordinem reduxerunt.
- 5 An Constantinus Magnus senserit Ecclesiasticos à nemine posse iudicari.
- 6 De exēplis Marcellini, Xisti, Symmachi, Pelagii & Leonis Episcopis Rom. quia nemine sunt iudicati.
- 7 Quomodo intelligendum quod ait Apostolus 1. ad Corinth. cap. 2. Spiritualem hominem omnia iudicare, & à nemine iudicari.
- 8 Imperatoria & regia potestas non confertur per vnctionem factam ab Episcopo, & de septem Electoribus Imperii.
- 9 Falsum esse quod Papæ adulescentes scripserunt, imperium à Græcis ad Germanos à Leone 3. Episcopo Romano translatum fuisse.
- 10 Odoacer rex Herulorum in Italia regnum constituit, spoliato Augusto.
- 11 Refutatio argumentorum quibus Romanenses conantur probare, Leonem III. transfulisse imperium occidentis ad Carolum Magnum.
- 12 Italiæ regnum iustis de causis, & legitimo medio acquisiuit Carolus Magnus.
- 13 Carolus Magnus armis, barbaras gentes expulit ab occidentali imperio, quod ad ipsum iure belli & pa-



cto Imperatorum Orientis translatum est.

14 Argumentum pro utroque gladio Ecclesiasticis asserendo, à solutione decimarum, siculneum est; & retorquetur in eos.

15 Argumentum ab immunitate personarum & vectigalium, ecclesiasticis concessa, vitreum est.

16 De primis Papis, qui ausi sunt tributa Imperatoribus denegare.

17 Solidis rationibus, & historiis probatur donationem Constantini merum esse figmentum.

C A P. XII.

1 QVæ res presbyterio subiiciantur.

2 Primum presbyterii Christiani officium est curare ut verbum Dei populari lingua pure doceatur, ut sacra signa administrentur, neque ad eorum communionem recipiantur Catechumeni, nisi edita fidei confessione, &c.

3 Alterum officium est dispicere ne communitio Ecclesiæ perturbetur ab hæreticis & sceleratis hominibus: & de methodo exercendæ disciplinæ.

4 Tertium officium est consolari mente vel corpore affectos, pauperumque necessitatibus prospicere ex æratio ecclesiæ.

5 Presbyterii præses qui a Iustino Martyre dicitur *αρχιεπισκοπος*, non erat collegarum dominus sed unitatis dux, teste Cypriano.

C A P. XIII.

1 DE moribus, disciplina vitæ, & constantia primorum Christianorum, & a quibus sint afflicti tyrannis.

2 De politia graduum instituta a Patribus vitandæ confusionis gratia, & quando presbyterorum Antistes cœpit dici Episcopus.

3 De institutione Chorepiscoporum, & illorum officio, nec non de Acolithis, lectoribus, psalmistis, & Ostiariis, qui vulgo clerici dicebantur.

4 Satan, Ecclesiam quam gladio perdere non poterat, Sabellii, Manetis, Pauli Samosatani, & Apollinarius hæresibus valide concussit quibus paulo post successit Arrius.

5 Constantinus Magnus concilium Nicænum primum generale Concilium conuocauit, in quo hæresis archæ damnantur.

6 In legendis tomis Conciliorum, magna opus est prudentia, quod illis multa addita, multa detracta.

7 De Metropolitanis institutione, & potestate.

8 Non fuit in Metropolitanis & Episcoporum, sed solius Imperatoris potestate concilium generale conuocare, cuius autoritate quatuor prima concilia œcumenica conuocata fuerunt.

9 Rationes Nicænæ synodi propter quas politia supradicta fuit instituta.

10 De incremento religionis Christianæ in occidentali imperio.

11 Ex patrum politia Hierarchiæ textura cœpit in Ecclesiis orientis & occidentis, & de Nectario, Anatholioque Constantinopolitanis Episcopis principatum affectantibus.

12 Alexandrinus, Constantinopolitanus & Romanus Episcopi, triuiniale imperium in Ecclesia constituerunt.

- 13 Episcopatus Christianus, nimio cultu Romani & Constantinopolitani Episcopi labefactatus, & de Episcopi Romani ante Constantinum Magnum & sequentibus aliquot seculis, statu miserimo.
- 14 De transmigratione diuersarum gentium qua Deus per trecentos fere annos Romanam superbiam retudit.
- 15 Quo loco fuerit Episcopus Romanus tempore Mauricii Imperatoris, & de Phoca qui primus concessit Episcopo Romano titulum Vniuersalis, seu principis Episcoporum.
- 16 Nihil profuisset Episcopo Romano datus a Phoca superbus titulus, nisi Pipini, & Caroli Magni immensa liberalitate principatum & diuitias obtinuisset.
- 17 Hierarchiam Romanam non genius Christi, sed genius Romuli peperit.

## CAP. XIII.

- 1 Complexio argumentorum quibus pro Hierarchia Romana pugnatur, & de dignitate summi pontificis Hebræorum, quæ sub templi Hierosolymitani ruinis iacet in perpetuum.
- 2 An monarchia omnium gubernationum sit præstantissima secundum philosophos.
- 3 De moribus Papatum Romanorum insulis.
- 4 An Christus Petrum Ecclesiæ monarcham constituerit.
- 5 An Apostoli Petrum sibi regem constituerint.
- 6 Falsum esse Petrum viginti quinque

- annos Romanorum Episcopum fuisse.
- 7 Episcopus Romanus Petri aut cuius Apostoli successor non est.
- 8 Gregorius Magnus Episcopus Romanus, sacerdotis vniuersalis dignitatem in Ecclesia detestatur.
- 9 Eandem damnarunt Concilia, & præsertim Augustinus qui concilio Carthagenensi præfuit.

## CAP. XV.

- 1 **N**on ad vnius aut paucorum arbitrium pertinere decisionem de doctrina & disciplina ad salutem necessaria.
- 2 Breui enumeratione præuaricationum Papatu probatur ab eo doctrinam & disciplinam Ecclesiæ esse corruptam.
- 3 An Episcopo, & suis Doctoribus, multis Dei donis ornatis, vniuersalis decisio de doctrina & disciplina competat.
- 4 Quotiescunque mouetur controuersia vniuersalis in doctrina & disciplina Ecclesiæ, synodus œcumenica est conuocanda, in qua ex vnius voto nihil est decidendum: & de Gregoriana temporis computatione vitiosa.
- 5 Conciliis interfuerunt olim à corpore Ecclesiæ viri pii, qui sacerdotes non erant.
- 6 Non quælibet Ecclesia, sed sponsa Christi erudita & sancta de rebus diuinis diiudicare potest.
- 7 Non est in potestate Episcopi Romani concilia generalia conuocare, multo minus eis præesse, pique Imperatoris & Magistratus est Ecclesiæ politiam curare.

## C A P. XVI.

- 1 **V**Nus est Episcopatus, & vna Episcoporum dignitas, nec vnus altero inferior, ratione Episcopatus.
- 2 Ordinatio Episcopi & eius destitutio non fuit penes vnum, sed penes synodum prouinciæ, iuxta Cõciliorum decreta.
- 3 Historiæ docent, Episcoporum nominationem & abrogationem penes Imperatorem & Regem interdum fuisse.
- 4 De Prisciliano, & eius hæresi, damnata ab Episcopis, & de Imperatore, qui Priscilianum capite affecit, propter habitos scæminarum conuentus turpissimos.

## C A P. XVII.

- 1 **R**efutatio cap. aliorum 9. quæst. 3. quo soli Petro dictum esse affirmatur, Quod ligaueris super terram, &c.
- 2 Potestas excommunicationis etiam legitimæ in excommunicatorum vitam, bona, honores, nullum habet imperium, nec potest subditos liberare a iuramento obsequii & fidelitatis.
- 3 Vt canonica sit excommunicatio, quatuor genera causarum concurrere debent.
- 4 Ad hunc Lydium lapidem subducendæ excommunicationes, & sic nulla ab Episcopis Romanis contra Reges & Imperatores latæ canonice reperientur. Quod historis probatur.

- 5 Papæ excommunicando proceres res suas meliores effecerunt.
- 6 Prædatoria decreta Lucii 3. & Alexandri 4. de Relapsis, excogitata ad Excommunicatorum bona depre-danda.
- 7 Refutantur Canonistæ qui Excommunicationem iniustissimam, dicunt esse pertimescendam.

## C A P. XIX.

- 1 **D**E motibus qui subsecuti sunt in Gallia post excommunicationem Sixti 5. contra regem Nauarræ, & de morte Guiliorum fratrum omnino tragica.
- 2 De prodicione confæderatorum in Henricum 3. Gallia regem, quæ monachi manu trucidari curarunt.
- 3 Decretum curiæ Turonensis, aduersus bullas Gregorii 14.
- 4 De horribili morte Gregorii 14. & exitu infelicissimo tyrånorum, qui in Ecclesiam Christianam saue-runt.

## C A P. XVIII.

- 1 **V**trum Ecclesia Christi sine capite visibili sit futura si Papatu aboleatur.
- 2 An politia a Patribus instituta vitandæ confusionis causa locus sit aliquis relinquendus.
- 3 Remedia ad abolendum Papatu idonea.
- 4 Excommunicatio vana Pontificis Romani non est pertimescenda: sed pietas, pax, & charitas ex præscripto Euangelii colenda est.

F I N I S.

AVTHO.

AVTHORVM PRAECI-  
 PVORVM NOMINA, QVORVM  
 TESTIMONIA PRÆTER BIBLIA  
 sacra, in hoc libro citantur.

## A

*D. Augustinus.*  
*Ambrosius.*  
*Aurelianense concil. 1. sub Clodoveo.*  
*Antiochenum concilium 1.*  
*Aristoteles.*  
*Arnoldus Ferronus hist.*  
*Abbas Vrsberg.*  
*Aimoinus.*  
*Antonius Florent.*  
*Annales Holland.*  
*Anastafius in Hadriano.*

## B

*Biblia sacra.*  
*D. Bernardus.*  
*Basilius.*  
*Beatus Rhenanus.*  
*Barnus De vitis Pontif.*  
*Benno Card.*  
*Beroaldus in Chronico.*  
*Baldus.*  
*Bracarenfis de conc. Gra.*  
*Beda.*  
*Baleus in catal. scripto. Angl.*

## C

*Cyprianus.*  
*Chrysoftomus.*  
*Clemens Papa in epistolis.*  
*Carolus Sigonius.*  
*Constantinop. 1. 5. 6. concilia.*  
*Chalced. conc. 1.*  
*Carthagin. 1. 3. 4. concilia.*  
*Cablonense concil.*

*Constantiense concil.*  
*Codex Theodosianus.*  
*Cusanus.*  
*Cuspinus hist.*  
*Curia Turonensis decretum.*

## D

*Didacus Couarruias a Leyua.*

## E

*Epiphanius.*  
*Eusebius Casariensis.*  
*Euagrius.*  
*Elibertinum conc.*  
*Ephesinum 1.*

## F

*Flavius Blondus.*  
*Funcius in Chronico.*  
*Florentinus Card. in concilio.*  
*Florentinum concil.*  
*Franciscus Hotomanus.*

## G

*Gregorius 1. episcopus Rom.*  
*Gregorius Nazianzenus.*  
*Gregorius Turonensis.*  
*Gerson cancellarius Parisiens.*  
*Guillelmus Occam Anglus.*  
*Guichiardinus hist.*

## H

*D. Hieronymus.*  
*Hincmari Archiepif. Rhemensis epif.*

## I

*Iosephus.*  
*Iustinus Martyr.*  
*Irenaus.*  
*Isidorus.*

- Iustinianus in Cod. Nou. & Auth.*  
*Iulius Cæsar in Comment.*  
*Innocentius tertius.*  
 K  
*Kranzius in Saxonia.*  
 L  
*Linus historicus.*  
*Lactantius.*  
*Leonis III. epistola.*  
*Laodicense concilium.*  
 M  
*Marsilius Patavinus.*  
*Mar. Scotus.*  
*Moguntinense concil. sub Carolo Ma-*  
*gno.*  
 N  
*Nicenum I. concilium.*  
*Neo-Cæsariense concilium.*  
*Nicephorus.*  
*Nanclerus.*  
 P  
*Plinius.*  
*Plutarchus.*  
*Prosper De vita act.*  
*Plato.*  
*Platina de vitis Pontificum.*  
*Paulinus De vita Ambrosii.*  
*Pontius Paulinus in libello De Gaz-*  
*ophylacio.*
- Petrus Messias Italus.*  
*Paradinus histor.*  
*Pistense Concilium.*  
*Possiacense Concil.*  
*Paponius in Arctis.*  
 R  
*Rufinus.*  
*Rhemense Concilium sub Carolo Ma-*  
*gno.*  
 S  
*Socrates histor. Gra.*  
*Sozomenus hist. Gra.*  
*Suitrense concilium.*  
*Sebastianus Munsterus.*  
 T  
*Tertullianus.*  
*Theophylactus.*  
*Theodoretus hist. Gra.*  
*Tripartita histor.*  
*Tacitus historiographus.*  
*Turonense Concilium III.*  
*Toletanum I. IV. Concilia.*  
*Tridentinum Concil.*  
*Thomas Aquinas.*  
 V  
*Valerius Maximus.*  
*Valentinense concilium.*  
 Z  
*Zosimus.*

THEO.





# THEOPHILI BANOSII,

DE POLITIA CIVITATIS DEI ET  
HIERARCHIA ROMANA

LIBER VNVS.

CAP. I.

- 1 Tyrannide nullum grauius malum.
- 2 Quid sit politia Ecclesiæ.
- 3 Proborum & improborum permixtione Ecclesia laborabit ad iudicii diem.
- 4 Vfus disciplinæ necessarius Ecclesiæ.
- 5 Vt lex Reipublicæ, sic sacra scriptura est Ecclesiæ domina.
- 6 Scripturæ sacræ persuasio & autoritas vnde fit.
- 7 Disciplinæ ecclesiasticæ cognitio & vsus ex sacra scriptura depromitur.



**I**MPERIVM felix habetur, cuius principes sapientes sunt, vel sapientiæ studiosi, qui patriam vt domum, cines vt amicos, amicos vt filios, filios vt seipos pie amant, & gubernant. In rebus enim humanis beatus nihil, quam regi à sapientibus, iustis & paucis statutis; infelicitus vero nihil, quam dyscolorum onerari mandatis, iisque plurimis. Sic Solonis legislatoris XII. tabularum leges, triginta tyrannorum Atheniensium edictis præstant: sic Lycurgi politica legibus Draconis, non atramento sed sanguine scriptis, præferuntur: sic pauca Dei præcepta infinitas hominum traditiones æquitate & iustitia longe superant. Equidem tyrannide, siue ab vno siue a pluribus exercentur, nullum grauius & intolerabilius malum: tot in ea effinguntur onera, & audiuntur imperia, quot sunt animi libidines tyranni qui superbe dominatur: contra quam pestem nullum præstantius antidotum excogitari potest bonâ Magistratus & legum constitutione politiaque, quæ à philosophis dicitur Ordo ciuitatis.

D

2 *At mei est instituti nunc de ciuitatis Dei, id est Ecclesia, politia agere, quæ ordo dici potest recte administrandi Ecclesiam, Christianam, vel ratio Theologia in verum pietatis vsum exercenda, verosque mores inducenda: item de Hierarchia Romana, eius origine & progressu copiose discepto per antithesin, vt quam longe distet ab ea disciplina, quam Christus, Apostoli & primitiua Ecclesia constituuerunt, pius & eruditus lector diiudicet. Hæc leges complectitur, quibus si administratur Ecclesia, beata dici potest, siue in diuersis locis dispersa, mente tantum concipiatur, siue vnum in locum congregata cernatur oculis, & conuentum vno in loco certum efficiat: cuiusque distinguende & exploranda nota certa sunt, si verbum Dei in ea pure doceatur, sacra signari te administrentur, & pietas exerceatur. Vbiicumque enim timetur & laudatur Deus, ibi est Ecclesia, in cuius nomine si duo aut tres congregati fuerint, in medio eorum est Christus, Angelorum, & piorum omnium caput. Neque tamen in hanc subiectam oculis Ecclesiam, electos tantum & pios comprehendendi necesse est. Quodlibet enim, vt est apud Mattheum cap. 13. tanquam piscium genus in eandem piscinam frequenter includitur, sed à piscatore Deo, & multiplici captura pisces alii subducuntur, alii reiciuntur.*

3 *Etenim licet improbi ciues in ciuitate Dei versentur, & probos corruptis moribus offendant, at tamen ciues sunt, neque de eorum conuersione desperandum, sed modis omnibus enitendum vt resipiscant, verique ciues efficiantur: atque ista proborum cum improbis permixtione Ecclesia Dei laborabit ad iudicii diem. Quod sacra scriptura docet parabolis virginum, quarum quinque prudentes, quinque stultæ: regis nuptiis, vbi sedet qui non est nuptialiter vestitus: & Zizaniorum quæ sunt tritico permixta, quibusque triticum non prius expurgatur quam messis in aream aduecta sit. Interim nec piorum fides nec charitas debilitari, quin potius vnusquisque eniti debet, vt frumentum & vas aureum in Ecclesia reperiatur. Hæc quidem omni ex parte pulchra, paradisus magni opificis, Ciuitas sancti Regis, Illustris veluti aurora, Præclara vt Luna, Insignis tanquam sol dicitur, sed inuisibilis ista sunt proprie ornamenta Ecclesia, quæ etsi visibili interdum accomodentur, hominibus tamen constat peccatis obnoxiiis.*

4 *Illis igitur repurgandis disciplina vsus necessarius est, ne quod magno piorum omnium animi dolore sepe accidit, sapius eueniat, vt impuri Turcæ, nefarii Iudæi, Epicurei, & noui horum temporum heretici, Ecclesie Christi infamiam pariant, propter vitæ turpitudinem eorum qui in ea versantur. Periculosum*

viculosum etiam est ne ex contagione impiorum pii tandem corrumpantur: & de illorum salute solliciti esse debemus, fraternaque correctione ad meliorem vitam renocare: deinde enitendum quantum fieri poterit, ne Evangelium, quod potentia Dei est, in salutem omni credenti, & sacramenta, ad fidei confirmationem animæ corporisque salutem instituta, cedant audienti & sumenti indigne in perniciem: propterea merito Disciplina à Cypriano vocatur, in secundo tractatu De Habitu virginum, custos spei, retinaculum salutis, nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis, quæ facit in Christo manere semper, ad cælestia & diuina præmia peruenire, denique sapientium est Ecclesia, & eius pharmacum saluberrimum: ut quæ facile capiuntur ab hostibus vrbes, custodi-bus & manibus destituta: ac corpus humanum putrescit, nisi purgetur & moderate exerceatur: ita ciuitas Dei à lupis impietatis tandem expugnabitur, & progressu temporis tam in doctrina, quam moribus corrumpetur, nisi disciplina vallo muniatur, & tanquam medicamento necessario purgetur.

5 Verumenimvero hæc disciplina ecclesiastica lege optima stabiliri debet, quæ in omnes habeat imperium. Vt enim in optimo Reipublica statu leges dominæ sunt hominum, non homines domini legum, legumque in homines imperium, Dei in homines est imperium: sic in Ecclesia Dei lex optima est doctrina sacris libris comprehensa, per quam Christus regnat, cuique omnes subici debent, & non dominari. Est enim regula fidei & morum, regum, populorum, sacerdotum senum puerorumque magistra: & quamuis annorum duobus milibus supra quadringentis Ecclesia Patrum ante fuerit, quam lex per Moysen lata esset, quamuis item Christi Ecclesia, Apostolorum viuâ voce ante collecta sit quam Evangelium literis mandaretur: at tamen id quod scriptum est veteri & nouo Testamento pro regula fidei & vitæ, in cordibus & mentibus hominum esse debet.

6 Sacræ enim scripturæ autoritas persuasioque non à terra oritur, sed cælitus in mentes piorum delabitur, spiritu sancto in cordibus piorum resonante, & maiestate diuinis oraculis aspirante. Lecta enim & animaduersa, in sacris libris vna veritas, iustitia, pietatis, tum sententiis tum verbis conspirans perpetuæ consensio facile persuadet, sensum illum humanis sensibus sublimiorem atque altiore esse, valdeque humanis scriptis dissimilem. Hanc diuinæ persuasionis aspirationem, & autoritatem, comprobant multa testimonia, partim è scripturæ sacræ antiquitate, præ qua omnium gentium & philosophorum doctrina infans & puerilis est, partim è diuinis oraculis, partim è sancto-



rum martyrum ad eam tuendam effuso sanguine, deinde continuata tot seculis à Mose & prophetis in unam eandemque sacram scripturam consensione.

7 Itaque, quemadmodum cum agitur de doctrina, omnia doceri debent κατὰ ἀναλογία τῆς πίστεως, qua ex verbo Dei dependet sic cum de optimis legibus agitur, secundum quas civitatem Dei administrari necesse est, in illis quæ salutem respiciunt, constitutiones Christi & Apostolorum primum locum obtinent, neque inducendæ leges illis contrariae, & repugnantes. Qua de re opera pretium est Cypriani audire testimonium, qui in sermone de Christi baptismo sic scripsit: Lex (inquit) Dei docet vitare peccatum, & corripit transgressores, & ut lotis mundisq; pedibus in via immaculata incedant, omnia præmonstrat offendicula, & insinuat dinerticula, quibus periculosi transitus euitentur. Et paulo post addit: Inueniet Christiana Religio, ex hac scriptura omnium doctrinarum regulas promanasse, hinc nasci & huc reuerti, quidquid Ecclesiastica continet disciplina. Et in epistola ad Pomponium scribit, se non admittere traditiones, nisi quæ in Euangelis, epistolis Apostolicis, vel Actis Apostolorum haberentur. Sacris igitur libris suprema potestas illibata maneat, tam in doctrina quam in statuendis legibus Ecclesiasticis, salutem hominum respicientibus.

## C A P. I I.

- 1 De captioso traditionum argumento contra scripturæ sacræ autoritatem, & de illarum Cabala.
- 2 An symbolum Apostolorum sit ex traditione, & de eius harmonia cum scriptura sacræ.
- 3 Argumentum pro traditionum patrocinio infirmum est ab autoritate Patrum, & de næuis eorum.
- 4 De Conciliis, & an recipi possint ab illis traditiones verbo Dei repugnantes.

**S**ED Hierarchie Romanæ patroni ei quod supra positum est fundamento opponunt locum Pauli 2. Thess. 2. Tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem siue per epistolam. & hoc traditionum argumento concludunt aliquas esse leges Apostolorum præter eas quæ scriptæ sunt, ad fidei doctrinam, & morum disciplinam, ad salutem pertinentem necessarias. Fallaciter certe & captiose. Etenim cum Apostolus præsens dixisset, quæ absens per duas epistolas scripsisset, & in secunda idem repeteret, An non meministis, ait, cum adhuc essem apud vos, hæc dixerim vobis? quare paulo post conclu-

concludit: Itaque fratres stete, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram, quibus verbis eadem illa significantur, quae de aduentu AntiChristi antea à Paulo scripta erant. Traditionis ergo nomine non ritus tantum externi ad politiam Ecclesiae pertinentes significantur, sed eo Apostolus ipsam etiam doctrinam complectitur, siue per sermonem, siue per epistolam traditam, in qua stare oporteat pios omnes. Errant vero toto caelo, cum inde concludunt, tradita esse quadam ab Apostolis ipsorum scriptis non omnino consona. Nefas enim sit spiritum domini sibi repugnantia contrariaque docuisse. & sic Irenaeus apud Eusebium narrat Polycarpum Smyrnensis Ecclesiae Episcopum quae a Christi discipulis acceperat annunciaisse, πάλαι σύμφωνά ταις γράφαις: sic Hieronymus in Psal. 95. & Aggaeum ait: Gladius Dei percutit illa, quae absque autoritate & testimoniis scripturarum, quasi traditione Apostolica, homines reperiunt & confingunt. Itaque Tertullianus De praescript. inquit: Dementia est cum confitentur quidem nihil Apostolos ignorasse, nec diuersa inter se praedicasse, sed non omnia volunt illos omnibus reuelasse: quasi sicut ab Aristotele selectis discipulis ἀποκαταπύξει, sic paucis Christianis quibusdam per Apostolos voce tradita sint. Sub hac certe latebra, impudenter obtrudunt colluuiem errorum & superstitionum, quas falso Apostolis adscribunt. Traditiones quidem ecclesiasticae quae fidei & saluti non officiant, & temperatae sunt, in rebus adiaphoris temere non sunt mutandae: sed si traditiones, probabili aliqua ratione cum Dei verbo non consentientes, ex reuelationis oraculo, recipiuntur, nihil in religione relinquatur tam in doctrina, quam disciplina Ecclesiastica, quod statim non euertatur, & labefactetur. Etenim ut Rabini olim praeter legem à Mose traditam commenti sunt Cabalam nescio quam, unde postea traditiones illae Pharisaicae orta sunt, quibus Christus conqueritur Math. 15. Mosis legem deprauatam fuisse: sic Cabalam Diabolus confirmitem, tanquam per Apostolos ipsos non literis sed sermonibus creditam, suscitauit, quibus Ecclesia Christiana fides & disciplina deprauata est.

2 Sed grauius urgent, & in sequentem modum argumentantur: Cui licet id quod maius, licebit id quod minus. At Symbolum fidei est ex traditione Apostolica. Ergo per eandem traditionem, constitutiones Ecclesiasticae sunt recipiendae. Assumptionis probationem mutantur ex epistola Clementis Episcopi Romani ad Iacobum fratrem Domini, in qua narratur, statim post ascensionem Christi in caelum, Apostolos XII. concilium Hierosolymae celebrasse,

in quo ex singulorum sententiis collectum fuerit symbolum, ut inuicem discedentes, ex illius prescripto per uniuersum orbem Euangelium profiterentur, quodque per traditionem quasi per manus ad nos fuerit translatum. At Lucas, fidelis actorum Apostolicorum notarius, huius fabula non meminit: fabulam dico, quae si Clementis est, Petri successor ab eius doctrina turpiter defecit. In epistolis enim quae ei adscribuntur, pro mortuis orare, & pro illis eleemosynas dare, Apostolicum dicitur preceptum: item, quod si ministro Ecclesiae contigerit, post ordinationem in cubili propriae uxoris decumbere, ei sacrarii limina interdican- tur: item, quod in aliis locis sacrificare & Missas celebrare non liceat, nisi in quibus proprius Episcopus iusserit, quodque haec Apostoli a Domino acceperunt & nobis tradiderunt. item, Si quis audiens sermonem Prophetiae velit recipere aut nolit, & amplecti eius oras, idem mandata habet in sua potestate: liberi enim sumus arbitrij. Ex Clementis lacunis has sordes ad verbum collegi, ut ex fabuloso scriptoris mendacijs & errorib. iudicet periti, quantum fidei sit ei tribuendum. Quae enim haec est impudentia, Christo & Apostolis per traditionem non scriptam Pelagianum dogma liberi arbitrij, Matrimonij prohibitionem, Inuocationem pro mortuis, & praeposteram Eleemosynarum dispensationem, impurumque Missae sacrificium, tribuere contra Christi & Apostolorum doctrinam authenticam scripto comprehensam? Quamobrem merito suspectum est Clementis commentum de symbolo fidei, quod aduersarii opponunt; sed etiam si verum esset quod pro vero assumunt, quid inde sequeretur? Nam non ea improbamus scripta, quae scripturis sacris consona sunt. Constat autem symbolum fidei cum doctrina sacra, scripto comprehensa, omnino conuenire. Idcirco Tertullianus in libro De prescript. haeret. vocat illud Regulam fidei. Illa vero quae citant ex Clemete *ἡ ἀποστολική*, quasi non omnibus Christianis, sed paucis quibusdam per Apostolos voce tradita sint, & deinceps per manus continuata, Apostolicis scriptis & disciplinae sunt omnino contraria: qualia sunt, per legem Hebraeos, & per philosophiam Graecos iustificari, relapsos in gratiam non recipi. Hinc haeretici Apostolorum temporibus vicini, haereses suas defendebant: hinc Marcionitae gloriabantur, Matthiae Apostoli discipulos, Doctores sibi & Magistros fuisse: sic Papias Ioannis etiam auditor per hanc traditionis speciem mirifice fabulas induxit, in quibus fuit Chilistica illa opinio, quae multos alioquin praestantissimos viros inuoluit: hinc problemata de purgatorio, Missa, & traditionum colluies, quibus non minus orthodoxa disciplina, quam doctrina conculcata est.

3 At (inquiunt Cabalistsæ Christiani) multi ex Patribus traditiones receperunt, & probarunt. Hunc nodum soluit Chrysostomus in epist. ad Galatas cū ait, sacris libris maiore fidem adhibendam esse quam Angelis & hominibus mortuis: & Cyprianus in epist. 2. ad Cæciliū, Non curandum est, inquit, quid hic vel ille senserit: sed quid Christus fecerit & docuerit. Recte sane: Patres enim multis inanis obnoxii fuerūt, & pugnātia docuerūt. Doctrinæ errores & hæreses prætereō: ea quæ ad politiā & disciplinā pertinent, tantū attingam. Pater fuit, qui in usu calicis in Cæna domini aquā solam effundendam putauit: Pater fuit qui ab Apostolis traditum esse ait, ut post sabbatho ieiunetur: Pater fuit is qui dixit, decretum ab Apostolis esse, ut ante Pascha non comedatur, nisi panis cū sale: Patres fuerunt illi qui Eucharistiam infantibus dederunt; Patres illi habentur qui lac vini loco, nulla eius penuria, in Cæna administrabāt; & intinctā musto Eucharistiā populo dabāt: Patres fuerūt illi qui in Concilio Turonensi decreuerunt, ut omnis presbyter habeat pixidem aut vas, ubi recondatur eucharistiā propter mures, & nefarios homines. Patres censentur illi qui mortuis Eucharistiā in os inferebāt, isdemq; baptismum conferebāt: Patres fuerūt illi qui ex traditione Apostolica, quam vocāt scripserūt, Iesum Christū circiter annos quinquaginta vixisse, alii mortē passum fuisse ætatis sue 46. cōtra expressam scripturæ sacræ autoritatē, quæ docet Christū circiter annum 33. ætatis sue pro nobis mortuum esse. Quid de illis Patribus dicendum qui sacramentū corporis & sanguinis Christi sub vna tantū specie distribuerunt, cōtra Christi mandatū, Apostolicam & primitiuæ Ecclesiæ puræ regulā? Patribus igitur cōtra scripturæ sacræ autoritatem docentibus, & eorū vestigia sequētib; satis sit sacrosanctū Christi iudiciū, Math. 23. sic loquentis: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me: frustra autē docent me docentes doctrinas & mādāta hominum. Ecquid enim in cultu Dei interno vel externo incolume esset, si hominū traditionibus esset auscultandū? Pharisei seniorū Israelis Cabalā, Iudæi suū Thalmud, Turcæ Alcoranū, Pontificii sua decretalia inuicē opponerēt, sicq; religio Christianorum, velut inanis procellis agitata, semper nutaret, & tandē naufragiū faceret.

4 Excipiunt adhuc, & de istis in conciliis disceptatum esse clamitant, quorum fides & sanctorum testimonia absque reatu in dubium non sit reuocanda. Qualia fuerint illa concilia, & quomodo contraria statuerint, testantur acta synodorum generalium & provincialium, ex quibus subducemus testimonia aliquot omni exceptione maiora. In Concilio Ancyrano capite 10. & concilio Gangrensi Diaconis & presbyteris uxores ducere volentibus non modo permittitur, sed anathemate deuonentur qui eorum ministeria sper-

nebant, quod uxores duxissent. At in concilio Neo-Cæsariensi cap. 1. statuitur, ut presbyter uxorem accipiens statim deponatur, & in synodo sub Carlo magno duce Franconia anno 742. habita, prohibitum fuit ne diaconus aut presbyter mulierem in domo sua habitare permetteret, sub depositionis & excommunicationis pœna. Leo tertius Constantinopolitanus Imperator concilium Episcoporum coegit totius orientis, in quo decretum fuit imagines è templis esse eliminandas, nullumq. cultum eis exhibendum: contra Irene, Constantini Sexti Imperatoris mater, Constantinopoli aliud concilium multorum Episcoporum coegit, in quo decretum, imagines esse restituendas & venerandas. Arius à Concilio Nicæno fuit damnatus, à concilio vero Episcoporum Hierosolymæ, iussu Constantini magni habito, fuit absolutus. Basiliense & Constantiense concilium Papam conciliis inferiorem esse statuerunt: Tridentinum vero superiorem esse decrevit. In infinitum cresceret oratio, si conciliorum leges contrarias & errores tum in doctrina, tum in politia recenserem. Caterum quæ autoritas sit illis tribuenda, dixit Augustinus libro tertio aduersus Maximinum, his verbis: Nunc nec ego Nicænum, nec tu debes Ariminense tanquam præiudicaturus proferre concilium, nec ego huius autoritate, nec tu illius detineris: scripturarum autoritatibus, non quorumcunque propriis, sed utrisque communibus testibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione concertet. Concilia quidem reiicienda non sunt, quæ harmoniam Scripturæ sacræ obtinent, sed quoties perturbant, toties sunt repudianda. Si enim, ut Basilius ait in Moralibus summa 80. cap. 22. omne quod non est ex fide, peccatum est; fides autem est ex auditu, auditus autem per verbum Dei: ergo quidquid non est ex Dei verbo, aut quod eius probabili ratione non nititur, peccatum est. Theodoretus refert, Constantinum Magnum Patres in Concilio Nicæno congregatos adhortatū esse, ut omnia ex literis Euangelicis, Apostolicis, Prophetis ac θεοπνευστῶν scripturis decernerent. Omnis enim scriptura, ait, Apostolus 2. Timoth. 3. diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia. Quibus paucissimis verbis testatur scripturam sacram complecti ea omnia, quæ ad salutem & vitam perfecte instituendam sunt necessaria. Forma ergo synodi legitima hæc erit, si sacra Biblia ponatur in medium, quotiescumque de doctrina vel disciplina ad salutem necessaria quaritur: traditiones omnes & decreta probentur ex Dei verbo, qui Lydius lapis est ad scripta tum publica Conciliorum, tum priuata Patrum Græcorum & Latinorum, ad mores gentium & consuetudines probandum vel improbandum.

*dum. Nemo enim in condendis legibus Ecclesiasticis præter ipsum legislatorem, Deum; nemo diuinæ voluntatis iudex, præter ipsum iudicem in sanctis libris loquentem, audiendus est. Itaque ex iis quæ dicta sunt, necessario concludendum est, in conciliis traditiones sanciri aut recipi non posse verbo Dei repugnantes; & concilia quæ ab hac norma deslexerunt, iure diuino, & Apostolico, Ecclesięque puræ consuetudine infirmari, & antiquari.*

## CAP. III.

- 1 De loco Augustini, NON CREDEREM Euangelio nisi me autoritas Ecclesię commoueret.
- 2 De argumento ducto ab obscuritate scripturarũ, & qua methodo interpretari debeant.
- 3 An scripturæ sacræ domina sit Ecclesia, quod libros Canonicos distinxerit ab Apocryphis, &c.
- 4 Quomodo Ecclesia leges condere possit, & de illarum differentia.

**E**RTANT nihilominus antagonistæ maiori quã antea contentione, & tribus argumentis contra scripturæ autoritatem euincere conantur. Primum ex loco Augustini contra Epistolam Fundamētī, in quo sic loquitur: Non crederem Euangelio, nisi me Ecclesię autoritas commoueret. Ecce inquit, fides Christiana ab Ecclesiã pendet autoritate. Quid igitur? Euangelio credendum non erit, nisi Ecclesiã in publico fidelium cœtu cõgregata id nobis annunciarit? At innumerabilia animarum millia talem Ecclesiã autoritatem ignorantia prorsus, singulis Apostolis prædicantibus, Euangelio crediderunt. At Samaritana mulier de ista Ecclesiã autoritate minime omnium cogitans, minimeque sollicita, Christi sermone ad Euangelio credendum adducitur, popularesque suos ut id faciant, adducit. Quid igitur? Ecclesiã Samaritana erit mulier, cuius autoritate Christiani, ut Samaritani ad credendum cõmoueantur? Minime iam (inquit) non credimus propter sermonem tuum: nos enim ipsi audiuimus & scimus, hunc Christum esse seruatorem mundi. Nulla ergo mulieris Samaritanæ a qua ad credendum inuitati fuerant ratione habita, Christi sermoni acquiescunt. Etenim credere Euangelio omnino, Deo, opus Dei ipsius est, Ioan. 6. Fides est donum Dei, non opus aut donum Ecclesiã. Cognoscimus Deum in nobis manere per spiritum, quem ipse nobis largitur. 1. Ioan. 3. Fallax ergo est & sophistica complexio aduersariorum, quæque ab ipso Augustino dissoluitur epistola 19. ad Hieronymum. Ego fateor, in

quit, charitati tua, solis eis scripturarū libris qui iam canonici, appellantur, hūc timorem honoremq; deferre, vt nullum eorum autorem scribēdo errauisse firmissime credam: alios autem ita lego, vt quātalibet sanctitate doctrināq; prae-  
 polleant, non ideo verum putē, quia ipsi se ferint, sed quia mihi per illos autores canonicos vel probabilitate, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt. Quod ad locū Augustini supra cōmemoratum attinet, merito Manichaeis Ecclesia autoritatē primitiua opponit, eodemq; prorsus modo Tertull. & Irenaeus sui tēporis haereticis eandē opponebant, quod eā Deus Spiritus sui, & Apostolorū ministerio instituisset, illa postea magistra fuit fidei, & disciplinae, & vtramq; vt a Christo & Apostolis edocta erat, stabiliiuit congruenter & conuenienter. At qui locū illum Augustini pro Ecclesia autoritate citant, non primitiuam Ecclesiam sed corruptissimā Ecclesiae fecem Ecclesiae nomine vsurpāt & venditant, & si normā illam sequi auerent, quā sequuta est Ecclesia Christiana vetus pura, sublatā esset omnis disceptatio. Deniq; ne Romanenses calumniētur, me superiorē interpretationē meo Marte effinxisse, saltē audiāt quid Ioan. Gerson doctor & cācellarius Parisiensis, de illa, imo de vniuersa traditionū questione scripserit in tractatu De vita spiritali 2. lect. coroll. 7. Non est, inquit, in potestate Papae, nec Concilii, nec Ecclesiae, traditiones immutare, ab Apostolos & Euangelistas datas, vt quidam deliri existimāt: neq; parem firmitudinē aut autoritatē habēt quam Ecclesia primitiua habuit, ad praestandū vt aliquid sit ex fide. Et sic oportet intelligere haec verba Augustini: Non credidissē Euāgelio, nisi me autoritas Ecclesiae commouisset: nam ibi nomē Ecclesiae accipit pro congregatione prima fidelium, qui viderunt, & audierūt Iesum Christū, & eius testes fuerunt. Quae cum ita sint, vanum est primū argumentū aduersariorum.

2. Alterum obtendunt, à scripturae sacrae obscuritate, cuius Ecclesiam volunt esse non modo interpretem sed etiā iudicem, & per cōsequens dominā. Fallacia huius argumenti multiplex est. Nam vt ait Augustinus in Psal. 140. in scripturis sacris sunt profunda quidem mysteria & abdita, ne in cōtemptū veniant, sed ea perscrutari oportet, vt in illis exerceamur & erudiamur. Quod si res quaedam obscurae in Prophetarum, Euangelistarum & Apostolorum monumentis occurrunt: id sit humani ingenii cecitate & ignorantia, vel quorūdam peruersitate, qui sinuosas interpretationibus scripturae lucem in tenebras conuertere conantur. Lex enim Dei oculos illuminat, Psal. 119. & lucerna est, pedes dirigēs in semitas pietatis & iustitiae: quae certe encomia sacris scripturis minime conuenirent, si adeo difficiles vel obscurae essent, vt per se ipsas intelligi

non possent. Sed secus iudicarunt pii Ecclesia doctores. Chrysoſt. in Genes. hom. 12. testatur scripturā exponere seipsam, & in Esaiam c. 8. sic ait: Quotiescumq; scriptura vitur figurata loquutione, postea seipsam solet exponere magis perspicue: in nullo enim scriptura loco inuenitur huiusmodi obscuritas, qua non in eadē perspicue declaratur. ideo Epiphanius diserite ait cōtra Aetiū: Omnia (inquit) clara nobis sunt in scriptura diuina, & sancta fide, & nihil in ea est obliquum, contortum aut contrariū: deniq; D. August. pronunciat (lib. I. De peccat. mort. c. vlt.) temeritatē esse de re obscura in utramuis partē definire sine claris atq; euidentibus scriptura testimoniis. Hanc vero alibi methodū tradit interpretādā scriptura, ut in locus obscuris utamur lingua Hebraica & Græca peritia, antecedentia & consequentia diligēter attendamus, locū perplexū per aliū faciliore & aptiore exponamus; Ἐὐλα τοῦ λόγου, ex scripturis qua seipsas interpretatur conficiamus, ad analogiā fidei, qua ex Dei verbo est, singula subducamus, & ex eis dē contraria dogmata refellamus. Hac, in quā, sincera est Augustini methodus, quā cum imitatur Ecclesia, ordinaria est interpret scriptura apud rudes & ignaros, ut in scholā Christi, vagantes & errantes adducat, & quos semel erudiuit in cognitione Dei, & usu mysteriorum magis ac magis promoueat, & foueat. Quāobrē quod honoris summi, quod auctoritatis summa & dignitatis est, prædicet Ecclesia velut in theatro claro fidelig; præconio scripturā sacrā, eandē interpretetur, & sedeat tanquā Magistrā in Christi cathedra: sed ea lege, ut ea profiteatur qua a Christo, prophetis & Apostolis utroq; testamento descripta sunt, in quibus si humana caliginis vitio dubiū aliquod occurrat, è fonte hauriat legitimas & logicas interpretationes fidei & Religioni cōuenientes: piaculū autē semper erit aliū ex sensu suo Theologiā, vel politiā ex cōmmento traditionū falso Apostolis attributarū, cōmimisci. Age vero, paucas ex innumerabilibus interpretationes eius Ecclesia, qua se interpretē scriptura sacræ esse gloriatur, cum sacrosancto eius Codice conferamus. Christus dixit, in cænæ institutione calicē porrigens, Bibite ex hoc omnes: interpret Romanus exponit, ne ex hoc calice bibant omnes, sed tantum sacerdotes. Paulus exponens verba Christi docet; panē quem in Cæna frangimus communicationem esse corporis Christi: Romanus interpret contra, panē non amplius panē esse, sed transubstantiatū in corpus Domini: scriptura passim docet pios per fidē in Iesum Christum iustificari: gloss. Rom. addit, non ex fide tantū sed etiā operibus, præceptū Dei de nō adorādīs imaginibus deprauatū non modo a Romano interprete qui de idolis Ethnicorū dictū esse exponit, sed etiā expūctū. Omnia, ait Apostolus I. Cor. II.



intelligibili lingua doceantur in Ecclesia: Romana expositio de lingua Latina exponit. Scrutamini, ait Christus, scripturas: solis doctoribus, & non aliis dictum interpretatur, Romanus & 9<sup>os</sup>. Qui in carne sunt, ait Paulus, Deo placere non possunt: Syricius Romanus conciliator, in carne, id est, matrimonio exponit. Episcopus sit unius uxoris vir, ait Apostolus: Romanus epulu ides, non sit unius mulieris maritus, sed unius beneficii & Ecclesie. Omnis anima, ait Paulus, potestatibus supremis subdita sit: Hierarcha Romanus de secularibus hominibus, non de Ecclesiasticis autonomis dictum esse exponit. Quid plura? mille huius generis apud Romanos glossographos leguntur expositiones, quibus scriptura sacra veritatem detorquent in mendacium. Hoc ne est fidelis interpretis officium prestare? hoc ne est Augustini in libris De doctrina Christiana interpretandarum scripturarum logicam, & convenientem methodum sequi? Hoc certe non est interpretari, sed mutare & tollere sacras scripturas: quod non in summi pontificis, nec conciliorum positum est potestate.

3 Sed Ecclesia, aiunt illi, scriptura sacra domina est, ut eius libros censere, corrigere, detrahere eis valeat. Canonicos enim libros distinxit ab adulterinis, & de illis iudicium tulit: acta Petri, varias Apostolorum Apocalypses, librum Pastoris à Mago Hermete conscriptum, & similia multa improbavit. Fallax, inquam, & sophistica hæc est complexio. Non enim propterea sequitur Ecclesiam scriptura sacra dominam esse. Antequam enim vlla extaret in orbe Christiana Ecclesia, lex & propheta, ceteraque veteris testamenti scripta, à Deo authentica erant, eiusque providentia conservata, à Iudeis ita custodita, ut si iactura de illis facta casu aliquo fuisset, ad minimum usque apicem restitui possent, nec illis detrabi, vel addi, falsis hominum interpretationibus, potest, quin statim plagii & falsi crimen deprehendatur. Evangelistarum vero & Apostolorum monumenta, (ut ait Augustinus libro 6. Confess. cap. 6.) unius veri & veracissimi Dei spiritu, humano generi ministrata fuerunt. Vtrumque igitur testamentum diuina autoritate corroboratum, Ecclesia primitiua, tanquam fidelis Archigrammateus, apud se seruauit, illoque plusquam Heraclio lapide probauit adulterina, dissentanea merito reiecit, distinxit libros canonicos ab Apocryphis, & nothis: de illis iudicium tulit, non quod in dubium reuocasset eorum autoritatem, sed ut de ea dubitantes confirmaret, & impugnantem refelleret. In cuius rei fidem extant testimonia in voluminibus Conciliorum non pauca. Circa annum Domini 364. Patres in concilio Laodicensi canonicam scripturam recensuerunt, eamque solam in Ecclesia decreuerunt

creuerunt legi debere, quod tunc essent qui librorum qui sunt extra Canonem, lectionem in Ecclesia usurparent. Idem in Concilio Carthaginensi tertio repetitum fuit, quia passionis martyrum historias multi in cœtibz ecclesiasticis legebant. Quod fuit prohibitum, nisi cum anniuersarii dies eorū celebrarentur, id est, statuto singulis annis tempore, memoriam martyrum, pie in Domino defunctorum, commendarent, & ad fidei, pietatis, & constantia Christiana imitationem, Ecclesiam adhortarentur: deinde Synodus Turonensis quarta cap. 16. Apocalypsim Ioannis decreuit inter canonicos libros esse numerandam, ut eos confirmaret, qui tunc in dubium reuocabant: denique in synodo Florentino, libri Canonici recensiti fuerunt, ut Manichæorum heresim damnarent, qui alium noui testamenti, alium veteris Deum esse profitebantur. Interpres ergo, & censor scriptura illis & similibus rationibus fuit, & adhuc esse potest Ecclesia Christi; sed dominā dicere, non minus falsum, quam si quis diceret, Consulem ministrum legis & interpretem, dominari ei posse, absque senatus consensu & autoritate, qui legis est autor.

4 Tertium & postremum argumentum, velut machinam Archimedis, librant, ad conuellendum, quod positum est, fundamentum, & in hanc formam argumentantur: Qui ius habet condendarum legum, is dominus habetur: Ecclesia potestatem habet condendi leges ecclesiasticas verbo scripto non comprehensas: Ergo in eam imperium obtinet. Hic paralogismus perpetua amphibolia peccat, & in assumptione fallax est. Non enim hic agimus de legislatore politico, qui quatenus legem tulit, dominium exercet, non in eam (est enim legislator, legi quam tulit obnoxius, iuxta illud, Patere legem quam ipse tuleris) sed in subditos quibus dominatur. Et huc pertinet dictum Christi, Reges gentium dominantur eis: non, inquam, agimus de politico, sed ecclesiastico legislatore: ad quem, ex Petri Apostoli verbis patet, dominium in gregem Christi non pertinere, 1. Pet. 5. multo minus in ipsam sacram scripturam. Captiosum vero quod assumptum est, Ecclesiam leges sancire posse quæ verbo scripto non comprehenduntur. Non enim questio est de legibus, quæ ἐν τῷ νόμῳ, sed de iis quæ salutem animarum respiciunt. Etenim non oppugnamus ordinationes sanctas & vtilis ad modestiam, honestatem & pacem in Ecclesia conseruandum, sed eas dumtaxat quæ pedetentim in animis hominum pietatem extinxerunt, conscientis iugum imposuerunt intolerabile, tyrannidem induxerunt, & idololatricis, superstitiosis, vanis, & ridiculis ritibus Christianissimum Ethnicis deridendum propinarunt. Ad tollendam vero artem sophi-

sticam eorum, qui hac nostra ætate solent nodum in scirpo querere, notandum est, Leges ecclesiasticas duplicis esse generis: Vnum est rerum indifferentium, de quibus Apostoli & Ecclesia sæpe leges tulerunt, & adhuc ferre potest, qualis fuit illa, ut abstineretur a sanguine & suffocato, de qua Augustinus contra Faustum libro 2. cap. 13. ait: Quoad uterque paries Ecclesiæ & synagoga bene coalescerent, ut discrimen non appareret, fuisse dandum aliquid infirmitati Iudæorum, latamq; esse constat hanc legem ad conseruandam pacem inter gentes & Iudæos, qui in eodem cætu Christum profuebantur: docuerunt vero Apostoli hanc legem per se conscientiam non obstringere. Cibum enim & potus neminem iudicant, & quod intrat in os, conscientiam non corrumpit. Quomodo etiam utendum esset illa lege docuit Apostolus cap. 14. ad Romanos. Adhæc sancitum ut mulieres tecto capite, viri aperto orarent: item, Ecclesia vetus leges tulit de asperione Clinicorum, id est eorum qui morbis grauibis affecti, electo surgere non poterant: de tempore celebrandi Pascha & pentecostes, de tempore Baptismum & Cœnam Domini administrandi, stando an sedendo communicandū, ob quas leges & similes vir pius non perturbat Ecclesiam in qua sunt constituta, sed se eis accommodat, neque vnus Ecclesiæ consuetudo in rebus indifferentibus, alterius cōtrario modo utentis, politiam subuertit aut temere improbat. Attamen notandum est, inordinatam diuersitatē in rebus adiaphoris vitandam, & consensum esse seruandum quantum cuiusque loci, gentis & temporis ratio postulat. Non enim frustra in Concilio Toletano 4. decretum fuit ut eadem formula in orationibus publicis, & cantu Ecclesiastico per omnem Hispaniam & Galliā obseruaretur, prospiciendumq; imprimis ut leges huiusmodi ædificationem promoueant, pacem & tranquillitatē foveant, ne numerosæ sint, & iugum imponant intolerabile, alioquin reformanda, & mutanda ex synodorum maturo consilio & autoritate. Alterum genus est legum quæ conscientias obstringunt, & necessaria sunt ad salutem, quales sunt de pastorum & rectorum Ecclesiæ uocatione legitima, eorumdemque officio, de cultu externo a superstitione & idololatria immuni, de charitatis officis exercēdis, de legitimo vsu sacramentorum, de pœnitentia, & vsu disciplina legitimo, quæque adeo exquisite & pure, verbo scripto comprehensæ sunt, ut ei nō Angeli addere, nedum homines possint quod sit contrarium. Leges enim ecclesiasticæ ad salutem hominis pertinentes, vel ex scriptura ipsa vel testimonio & ratione illi non repugnanti, ferendæ sunt. Quapropter non minus impium & stultum affirmare, scripturam sacram Ecclesiæ subesse, quam Deum homini, hominem bestia

*bestia subiici, traditionumq; humanarum in sacram scripturã imperium asserere, nihil aliud est, quã docere bestiarum in homines imperium legitimũ esse.*

## CAP. IIIII.

- 1 De politia Ecclesiæ Hebræorum in veteri testamento.
- 2 In sacra politia Mosaica nullæ imagines erant; & de Cherubinibus, figurisque leonum, &c.
- 3 De Leuitis sacerdotibus, & summo pontifice Hebræorum.
- 4 Ordinis sacerdotalis autoritas & dignitas amplissima fuit in Ecclesia Hebræorum.
- 5 In maiori senatu Hebræorum, in quo sedebant Leuitæ, politia ecclesiastica distincta fuit a ciuili, causis, iudiciis & præsidibus.
- 6 In Ecclesia Israelitica, sacerdotum iudicia, Deo propugnatore sacra erant.
- 7 Elðras Iosaphati regis distinctionem secutus est, in vtroque ordine politico & Ecclesiastico.
- 8 De cæremoniis quæ ad cultum doctrinæ sacræ pertinuerunt.
- 9 De disciplina pœnitentiæ apud Hebræos.
- 10 Cæremoniæ legales typi fuerunt eorum, quæ in Christo expressa sunt, & de templi Hierosolymitani destructione.

**A**ptiosa traditionum argumenta hæcenus sublata fuerunt; nunc ordo a me in præfatione huius libri positus, postulat vt de Ecclesiæ Israelitica politia primum sermo instituat, cuius Deus autor absque dubio fuit. Nam illa tam accurata politie ecclesiastica descriptio ex Dei præcepto facta est, & Moses sepe testatur, munerum creationem, ordinationem Leuitarum & potestatem omnem Ecclesiasticam a Deo præscriptam esse, qui etiã eius contemptores variis atque grauissimis iudiciis vindicauit, vt exempla Coræ, Dathan & Abiron, multorumq; aliorum manifestè docent. Israelitica igitur Ecclesia vbi primum ex Agypto educta singulari Dei beneficio fuit, legem decem præceptorũ in monte Sinai accepit, & statim ex diuino mādato altare terreum & lapideũ extruxit, vt super iis holocausta & oblationes fierent, nec non aram ligneam ad suffimentum aromatatum adolendum, arcam etiã fæderis cõpogit exquisitissimam, in qua propitiatorium ex auro mundissimo sacra vasa pretiosa, thuribula, lucernæque conspiciabantur. In tabernaculi autem structura præcise mandatur, vt omnia ad eam formam quam Dominus in monte ostendisset componerentur; de quibus omnibus testimonia extant amplissima in libro Exodi. Sacramenta Circumcisionis, & Paschæ antea instituta erant, ad quorum administrationem exquisita disciplina fuit adhibita. Vt enim Circumcisio, sacramentum fuit fæderis, quod Deus cum

*Abrahamo & eius semine contraxerat. sic illis denegabatur, qui Dei veri nomen non profitebantur, & secus factum fraude & nequitia non caruit, quod Deus inultū non permisit: Alienigena vero & immundi, non nisi certis legibus ad celebrationem paschæ admittebantur, quod religiosis admodum ceremoniis exercebatur, de quibus consule cap. 12. Exodi. Disciplina vero quæ in expellendis vel recipiendis ad communionem indignis, obseruabatur, non Mosis, sed Dei arbitrio constituta fuit. Extat Numerorum cap. 9. celebris historia, de quibusdam immundis, qui quum se cadaueris contactu polluisent, nec putarēt in ea immundicie, quam morientibus quotidie aliquibus in magna hominum frequentia, sæpius contrahi necesse est, sat is iustam causam subesse, propter quam à celebratione Paschæ arcerentur, adeunt Moysen & Aaronem, atque deprecantur ne ab illa solempni communiōne subducantur. Moses ad ea nihil respondet, causam omnem ad Deum refert, cuius decreto vetantur festum Paschatis cum reliquo Israele celebrare, & in sequentem mensem reiciuntur. Quam pietatem etiam Ecclesia Israelitica solempnitates Sabbathi, Azymorum, Messis & Tabernaculorum, infinitasque alias ceremonias, de quibus in Leuitico legitur, coluerit, tota testatur historia biblica; non aliam certe ob causam, nisi quod Deum earum omnium autorem esse, certo cognoscerent. Non enim Moses ficto cum Deo colloquio Iudeos, ut quondam Numa Pompilius Romanos Aegeria nympha oraculo simulato, sefellit, aut leges eis pro sua voluntate imposuit. Atque hæc est illa fides, quam in eo Apostolus ad Hebræos commendat, quod domum Dei non ex placito suo, sed ex autoritate Domini gubernauit. At dices, Anno 480. post exitum Aegypti, Salomon templū edificauit Domino, & in eius figura & edificio, in ianitorum, Leuitarum, cantorūque descriptione, quadam immutauit, multo aliter quam a Mose præcepta essent. Respondeo, mutationem & descriptionem a Dauide & eius filio factam esse Dei autoritate, eam per prophetas suos præscribentis & mandantis. Itaque ab Ezechiele forma templi diligenter & accurate describitur, quod eam nimirum, ut a Deo profectam, noui templi structuram componi oporteret: & i. libro Chronicorum recensentur ea quæ a Dauide præparata fuerant, ut postea ad edificio adaptarentur, quem admodum Deus loquutus erat. Ex verbo igitur Dei, non hominis voluntate constituta fuit noua illa politia. Et postea, Ezra atque Nehemias reformationem, quam instituerunt ad illam Mosis, Dauidis, Solomonis, Ezechielis normam definiuerunt.*

2 Caterum in politia sacra Mosaica non licuit publice in templo statuas collocare

collocare, etiam si non adorarentur: imo cum Ezechias populi idololatriam obseruasset in aeni serpentis imagine, quæ Dei iussu facta fuerat in deserto, illam confregit, & Nehustam vocauit per contemptum: quasi diceret, quid putatis hunc serpentem aliquid in se diuinitatis habere, cum sit merum æs, & ad tempus erectus? fuerunt quidem in arca fœderis, & in templo Hierosolymitano Cherubini duo, in eius aulais mala punica, & lilij flores opere Phrygionico contexti, boum & leonum figuræ: quæ omnia ad ornatum pertinebant, exceptis Cherubinis, qui typi fuerunt Maiestatis Dei. Nam ut nulla forma representari potest Deus, ut ait Esaias cap. 40. cui igitur assimilabitis Deum, & quam similitudinem ei adscribetis? sic Cherubinatorum forma nulla definiri certa potest: apud Ezechielem cap. 1. quatuor animalium forma illis adscribitur, illis, de quibus mentio fit Exod. 25. & I Reg. 6. humana figura disponitur, ex illorum sententia, qui Cherub idem existimant significare, quod vox Chaldaica, Cherubia, id est tanquam puer: alij volucrum imaginem Cherubinis præscribunt, quod Psal. 18. scriptum sit, Et ascendit super Cherubim & volauit. Quicquid sit, Hebraici sermonis periti norunt Cherub nomen esse uniuersale ad omnem figuram, & nullam certam, & propriam formam referre eorum quæ in celo sunt, mariterraq. Hæc fuse commemoro, ob Hierarchia Romana patronos, qui idololatriam imaginum, quam in templis exercent, ducto à Cherubinis argumento, purgare conantur. At etiam si Cherubini certas creaturæ visibilis vel invisibilis formas significassent, quod supra ostendi falsum esse: illis tamen nemo ad cultum idololatricum abuti potuit, quod in loca adyto collocati essent, ad quem soli summo sacerdoti ingressus patebat, qui in sancta sanctorum semel in anno ingrediens locum in quo Cherubini positi erant, absq. omni idololatrici cultus specie, vel factò lustrare solebat. Summus vero Hebræorum Pontifex typus fuit Iesu Christi.

3 Etenim in toto politia sacre Mosaica genere, præcipuum & augustissimum fuit munus sacerdotale. Leuitæ sacris initiabantur, ungebantur, purificabantur, solenni ritu consecrabantur, & inaugurabantur, ut abunde legere est, Leuit. cap. 8. Hæc verolex erat Leuitarum à xxv. anno usque ad quinquagesimum in tabernaculo seruire, Numer. 8. & sic de illis periculum fiebat antequam ad maiorem gradum promouerentur. at omnibus præerat summus Pontifex, regio vestitu, & gemmis ornatus pretiosissimis, Exod. 28. inter cætera ornamenta admirandum prorsus fuit pectorale summi Pontificis duplex, in quo erant VRIM & THVMIM: in eo iuxta quorundam Rabino-

rum opinionem, nominis tetragrammati scriptura in sculpta erat, reposita intra duplicitatem pectoralis, sub ordinibus gemmarum: & hanc scripturam, *Urim & Thummim* vocatam fuisse sentiunt, quod Dominus clare & perfecte voluntatem suam per legem manifestaret: *Urim* enim idem quod, illuminationes, significat, & *Thummim*, perfectiones. Alij sic dictum putant, quod per *Urim & Thummim* fiat iudicium & demonstratio, num negotium, de quo Dominus interrogatur, sit suscipiendum, necne. Frequenter autem summi Pontifices apud Hebræos ornatu Ephod & pectoralis, pro Principis & Reip. salute visi sunt, ad voluntatem Dei peruestigandam, Num. ca. 27. 1. Sam. 23. & 30. Ex quib. locis constat, responsa Dei quesita fuisse per *Urim & Thummim* qua erant in pectorali. Quomodo autem responsa darentur, Scriptura sacra non meminit, nec ullus interpretum asserit: hoc omnium orthodoxorum sententia firmum est, Pontificem summum, eius pectorale & ornamenta, figuram fuisse filij Dei Ecclesie aeterni Pontificis, & Spiritus sancti, nec non scripturae Evangelicae, in qua, & per quam perspicua & perfecta Dei voluntas hominibus est patefacta.

4 Ordinis vero sacerdotalis auctoritas et iurisdicctio apud Iudeos amplissima fuit, apud quos duplex senatus fuit à Mose institutus, minor & maior. De minoribus. Exod. sic Iethro ad Mosem generum suum iurisdictionis infinita molestia oppressum: Audi iam vocem meam, consulam tibi, & Deus erit tecum: sis igitur populi patronus apud Deum, & ad Deum causas referto, & admoneto de statutis & legibus, docetog, vias quibus ipsis sit progrediendum, & quid ipsis agendum sit: Tu vero deligito ex omni populo fortes viros, timentes Deum, veraces, fugientes auaritiam, & populo principes praeficito, ut praesint alij millenis, alij censenis, alij quinquagenis, alij denis, populumq. iudicent omni tempore; sed ad te quamlibet grauiorem causam referat, ipsi autem de quauis leuiore iudicent. De maiori senatu legimus Numer. II. II. quod cum Moses grauiorum causarum pondere rursus opprimeretur, iudices alios maiores ex Dei precepto septuaginta delegit, qui starent ad tabernaculum, de senioribus Israelis, quos nouerat ad munus illud obeundum aptos; & communicatum est eis de spiritu Moysi, ut una populi onus sustinerent. Huius maioris senatus princeps fuit Moses quamdiu vixit, & illo absente Aaron summus sacerdos, Exod. 24. & ad eius successores Pontifices continuata est haec dignitas, ut in maiori senatu sederent & iudicarent. De relatione vero ad maiores iudices Deut. 17. sic legitur: Si latuerit te aliquid in iudicio inter sangui-

nem & sanguinem, inter causam & causam, & inter plagam & plagam, in rebus rixarum intra portas tuas, tunc surges & ascendes ad locum quem elegerit Iehoua Deus tuus, & venies ad sacerdotes Leuitas, & ad iudicem qui fuerit in diebus illis, & queres, & iudicabunt tibi ex loco illo quem elegerit Iehoua; & obseruabis facere iuxta omnia qua docuerunt te iuxta legem, & iuxta iudicium quod dixerunt tibi facies, non declinabis à verbo, quod indicauerint tibi, ad dextram aut ad sinistram; vir autem qui fecerit ad superbiam ut non obediat sacerdoti qui steterit ut ministret illis coram Iehoua Deo tuo, aut iudici, morietur vir ille, & auferes malum ex Israele, ut uniuersus populus audiat & timeat, & non superbe negat ultra. Leges fundamentales huius maioris senatus descripsi ex locis supra notatis, ut hinc discamus sedem summi Iudicij ad tabernaculum & sanctuarium fuisse, unde vim spiritus sui Dominus exeret, & sacerdotes, & Leuitas in hoc maiore tribunali cum populi Iudicibus ius dixisse.

5 Sed notandum est, in hoc maiori senatu politiam Ecclesiasticam distinctam fuisse à civili, causis, iudicibus, & presidibus; & qualia fuerint iudicia vtriusq; politici & Ecclesiastici ordinis, manifestius & distinctius repetitur 2. Chron. 19. Rex enim Iosaphat ex Mosis instituto restituit primo minores iudices, in omnibus oppidis Iudae; secundo maiores Hierosolyma, ubi iam pro tabernaculo templum esset ex Leuitis & Sacerdotibus, & ex principibus patribus familias ad iudicium Domini & ad lites eorum: hanc autem pius princeps ad eos habuit orationem: Sic facietis in timore, in veritate, & candido corde, quaecumq; causa venerit ad vos de fratribus vestris, habitantibus in ciuitatibus suis: inter sanguinem & sanguinem, inter legem & preceptum, inter iudicia & statuta, moneatis eos ne delinquant contra Dominum, ne ira Domini veniat super vos, & super fratres vestros; hoc si feceritis, non delinquetis; & ecce sacerdos Amarias primarius vobis praerit in omni negotio Domini, Zebaidas vero filius Ismaelis, princeps familiae Iudae, in omni negotio Regis, &c. Hic igitur sunt maiores iudices, & causis & presidibus praecipue distincti, ut sacerdotum iudicia de religione propria essent, ideoque separatim praesidem, summum nempe sacerdotem, haberent; reliquarum vero tribuum iudices de politicis & capitulibus controuersis proprie cognoscerent, ad eamque rem regis legatum praesidem haberent. Deus enim Leuiticae tribui sacrificiorum caeremonias, legisq; uniuersa doctrinam & interpretationem proprie commisit: Israelis autem rectori, & reliquarum tribuum principibus externas belli pa-



cis que curas attribuit. Neque vere ab hierarchia patronis dicitur, regis Iosaphati arbitrio & autoritate, hanc ecclesiastica & politica potestatis, non Mosis exemplo & lege distinctionem factam fuisse. Non enim in sanctum regem tale consilium conveniret, ut spretis viis Domini, suas ipse sequutus sit; id etiam passi non fuissent sacerdotes Israelis, & contra regem diuinum supplicium implorassent.

6 Sacerdotum enim in Ecclesia veteri Israelitica iurisdictio, & illorum in rebus diuinis sententia diuino Dei iudicio cœlitus fuit propugnata, nec impune euaserunt qui eam violarunt. Huius rei luculentum extat inter multa testimonium 2. Paral. cap. 26. de Ozia rege, qui adolere voluit incensum super altare thymiamatis, sed Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes Domini, octoginta viri fortissimi resisterunt regi, atque dixerunt; Non est tui officii Ozia ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium: sed cum rex bene monentibus sacerdotibus morem non gereret, lepra à Deo percussus est, & è templo eiectus. Si sacerdotes propter incensum thymiamatis adeo strenue se Ozia opposuerunt, quid quæso fecissent erga Iosaphatum, si antiquam iurisditionem eorum labefactasset? Cum ergo pius princeps ab illis diiudicatus non fuerit, nihil contra receptam consuetudinem fecisse credibile est; & Deum illam comprobasse, sacra testatur historia: contra, non desunt testimonia ira Dei in sacerdotes, qui vocationis suæ & Ecclesiastica iurisditione non contenti, ciuilem Magistratus iurisditionem temere inuasunt. Qua de re suo loco fusiùs agemus.

7 Hanc Iosaphati, viriusque ordinis politici & Ecclesiastici distinctionem, Esdræ ex Aaronis familia sacerdotem & scribam legis eximium sequutum esse, ex cap. 7. Esdræ facile deprehenditur. Accepit enim ab Artaxerse diploma, in quo hæc verba leguntur: Tu autem Esdræ secundum sapientiam Dei tui que est in manu tua, constitue Iudices & præsides, ut iudicent omni populo qui est trans flumen; his videlicet, qui nouerunt legem Dei tui, sed & imperitos docete libere. Tandem Herodis & Romanorum imperio, è septuagenario illo Senatu maiore supersuit synedrion è principibus sacerdotum & senioribus populi compositum, ut colligere est ex Matthæi cap. 27. & Marci 15. & licet tunc Romani capitalium causarum cognitionem sibi sumpserant, penes tamen synedrion fuit de plerisque rebus iudicium, ut patet Matth. 5. ubi si quis dixerit fratri Racha, synedrion teneatur, penes quem, comprehensionis, carceris, virgarum potestas fuisse videtur. Christus enim  
compre-

comprehensus, vincētus Pilato traditus est. & Paulus 2. Corinth. II. commemorat se à Iudais plagas vnde quadragenas quinquies accepisse. Et si vero eo tempore horribilis erat in rebus ecclesiasticis confusio, iudicia tamen ex veteri instituto legalia exercebantur à sacerdotibus, ut patet ex Euangelio Ioann. 9. Cæcum enim cui Christus visum restituerat, ἀποστράζοντες fecerunt: decreuerant enim antea, ut si quis Christum confiteretur, synagogamoueretur. Atque hac de Senatu septuagenario Hebræorum, & vtriusque ordinis politici & Ecclesiastici distinctione dicta sint; reliqua quæ ad politiam Ecclesiæ Israeliticæ pertinent, perstringamus.

8 Cæremoniales leges omnes enumerare infinitum esset, paucas tantum attingam, quæ ad usum doctrinæ sacræ pertinuerunt. Ad eius excitandum in animis Israelitarum studium, ordinaria in templo lectio legis, eiusdemque interpretatio fiebat. Docenda enim perpetuo & meditanda erant Dei præcepta, Sabbathumq; ex quarto legis mādato huic meditationi & exercitio consecratū erat. Quæ de re Deut. 6 sic scribitur: Repetes ea filiis tuis, & loqueris de eis quādo sedebis in domo tua, & quando ambulabis per viam, & quando iacebis in lecto, & quando surges, ligabisq; ea in signū in manu tua, & erunt frontalia inter oculos tuos: scribes quoq; illa in postibus domus tuæ, & in portis tuis; hæc vero cæremonia Israelitis significabant leges Domini & docendas, & perpetua memoria repetendas esse; sed præcipua politia erat in interpretatione & lectione legis, quæ per sacerdotes, & prophetas assidue fiebat. Quapropter in Actis Apostolorum dicitur, Moses ab atatibus antiquis in singulis ciuitatibus habet qui ipsum prædicent, cum in synagogis per singula Sabbathæ legatur; sic Paulus & eius comites die Sabbathi ingressi in synagogam post lectionem legis & prophetarum, ab Archisynagogis inuitantur ad concionandum & prophetandum. In hanc sententiam non erit fortasse alienum hic referre quod Rabini tradunt, Hebræis ex instituto Esdræ sectiones legis factas esse tres & quinquaginta, deque propheticis scriptis portio aliqua genere atque argumento cōsimilis adiungebatur cuiq; sectioni. Itaque cum legis sectio vna Sabbatho quolibet per vices subinde legeretur, vertente anno totus Pentateuchus vnà cū prophetis absoluebatur, hæcq; laudabili institutione, Ecclesia non modo in perpetua legis & prophetarum lectione, exercebatur, sed per vtriusq; collationē & harmoniam, intelligentiam & sensum eorum quæ legebantur, facile percipiebat.

9 Denique disciplina pœnitentiæ in Ecclesia Israelitica grauissimis legibus exercebatur. Nam si Dei misericordia exoranda, vel ira placanda erat,

propitiatoris aut Eucharisticis sacrificiis utebatur, & confessione publica peccatorum, qualis est illa, quæ Danielis 12. legitur; interdum & privata, & publica, in peccatis privatis & publicis agnoscendis, quales fuerunt Davidis & Manasse confessiones quæ in Bibliis leguntur. Adiungebatur frequens & sollemnis ieiunij publici celebratio, cum sacco & cinere. Ad eius sanctificationem tubæ sonitu convocabatur Ecclesia, accedebat sents lacrymis perfusi, vestimenta sua scindentes; congregabatur parvuli & sugentes vbera; egrediebatur sponsus de cubili suo, et sponsa de thalamo suo; nulla vox gaudij et letitiæ audiebatur, tristis facies, obsonij capiendi desiderium nullum; subtraherentur etiam pasca pecoribus et armentis ut ingemiscerent; plañtus Prophetarum et sacerdotum incredibiles exaudiebantur; gravissimæ habebantur ab eis ad populum conciones, quibus instantem Dei vindictam prædicebant; increpationes peccatorum addebantur; orabant pro peccatis populi sacerdotes, propheta ad veram pœnitentiam, & cordis, non vestium scissionem populum adhortabantur; sicq; pro circumstantiarum ratione ieiunij legitimum usum proponebant; affectus populi mouebant ad Dei & proximi amorem; animos inter se disidentes conciliabant; à turpi vitiorum consuetudine omnes renocabant; minas interdum addebant, interdum promissiones: Ieiunium clauderent consolatione & gratiarum actione, cum signa misericordiæ Dei apparuissent; alioquin continua erat eius exercitatio. Hæc ex Prophetis & historiis variis Bibliorum collegi ex professo, quod hæc pars disciplina ad pœnitentiam legitime instituendam, à Christo præcepta sit, ab Apostolis & Ecclesia primitiva pie observata, abrogatis ritibus Mosaicis, qui Ecclesiæ Christianæ minime conveniunt.

10 Rituum enim, & festorum dierum religiosa observatio, quemadmodum etiam ciborum discrimen, quum Legis pedagogia finem suum est in Christo consecuta, oblitterata fuit. Nemo, ait Apostolus ad Coloss. cap. 2. vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Quamobrem de feriis & festis Paschalibus agens Nicephorus lib. 12. cap. 35. Eccl. hist. post citatam Apostolorum epistolam, quæ decretum fuerat in Iesum credentes Mosaicis non teneri ceremoniis, hæc subnectit: At quidam ista nihil curantes, omnem quidem fornicationem pro nihilo habent: de diebus autem feriis & institutis perinde atq; de anima ipsa decertant: Dei mandata inuertes, & sibi ipsis leges ferentes, haud secus atq; si studiose hoc agerent ut contrarias maxime, aduersus Dei decreta, res agitantes latere possint. Item hæc postea addit, De diebus certe qui-

dam & mensibus irreconciliabile Ecclesia concitant bellum, contemplationem remotiorē de eis posthabentes. Itaque necessario consequitur, & ipsos hac in parte eandem cum Iudaeis sustinere sententiam, & condemnationem in seipsos, maledictionis calculum ferentes. Utinam Romanenses Apostoli & Nicephori attendissent testimonia, qui tot festos dies aut ferias instituerunt, qua comestationibus obeundis inseruiunt potissimum, & homines à sobrietate ac temperantia ad luxum & crapulam, non ad Dei cultum inducunt. De dierum vero, temporum, mensium, & annorum obseruatione superstitiosa, audiendus est Paulus ad Galatas cap. 4. Nunc autem (inquit) cum cognoueritis Deum, imo cogniti sitis à Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire vultis: dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos: Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis. Itaque ex his constat, Ecclesiam Christianam ritibus in lege institutis non obstringi. Nam caeremoniae legales, arca & altare, Christum referebant, typique fuerunt eorum bonorum quae in Christi filij Dei aduentu expressa sunt. Illum Iudaei ingrati non agnouerunt, ac per summum scelus morte affecerunt ignominiosa, quod Deus, secundum Danielis, & aliorum prophetarum testimonia, Israelitici populi reiectione, urbis & templi excisione per manū Vespasiani, vltus est, et cum templo cecidit politia illa caeremonialis, Deo auctore instituta, et eodē auctore sublata. Conati quidem sunt Iudaei saepe templum et eius caeremonias instaurare, et praesertim Iuliani Apostatae opera. Cum enim is circa annum 361. Iudaeis edixisset Antiochiam incolentibus ut sacrificarent, illi vero se facturos negarent, nisi in templo Hierosolymitano, illud restitui iussit. Alypius Antiochenus cui ab Imperatore huius operis cura demandata fuit, Hierosolymam profectus est in hunc finem: et cum ad locum peruenisset in quo templum Salomonis antea fuerat, et fundamentorum iaciedorum causa terrā egereret: horrendi flammarum globi crebris ictibus erumpentes, fabris aliquot exustis, opus inceptum omnino perturbarunt; neque repetendi facultas concessa, propter ignes et fulgura quae Deus è caelis in locum illum eiaculabatur, atque ita à templi reaedificatione cessatum. Templum enim Christianae Ecclesiae per vniuersum orbem aedificatum erat, multo augustius Salomonico, secundum Aggei vaticinium cap. 2. Adhuc, inquit, vnum modicum est, et ego commouebo caelum et terram, et mare, et aridam, commoueboque omnes gentes, et veniet desiderium omnium gentium, ac replebo domum istam gloria. Magna erit gloria domus istius nouissima, plusquam prima.

## CAP. V.

- 1 De Ecclesiæ Christianæ politia & eius perfectione.
- 2 Ad Ecclesiæ *κωβέπνησιν* multæ functiones sunt à Deo institutæ, aliæ temporales, aliæ perpetuæ.
- 3 Cur Ecclesiæ ab Apostolis constitutæ, Apostolicę dictæ sint.
- 4 Inter multas Ecclesiæ functiones nullum visibile vel ministeriale fuit caput, & de optima Ecclesiæ politia.

**T**enim in Ecclesia veteri Israelitica fuit rudis quedam delineatio eius politie quæ in Ecclesia Christiana instituta est, in qua omnia politiora & perfectiora cernuntur. Vt enim imaginem ab altero Apelle pictam contemplanti pictura placent ornamenta, sed viuum corpus intuenti visa imaginis splendor sordescit: ita si politiam quæ sub lege Mosai- ca fuit, multis ritibus ornatam intueamur, non possumus non illam admirari: sed si rem umbris legalibus designatam in Christo & Evangelio expressam attendamus, eo præstantior nobis videbitur, quo sol in meridie lucens aurora albedinem longe superat. Nam in throno ciuitatis Dei sedet Iesus Christus, Pontifex Ecclesiæ perpetuus, rex & legislator immortalis, qui sceptro verbi sui Ecclesiam Christianam instituit & gubernat; & licet in cælum ascenderit, nec visibili præsentia nobiscum conuersetur, congregatis nihilominus nobis in eius nomine, in medio cætus est, & erit ad finem mundi. Sponsa suæ Ecclesiæ tabulas voluntatis suæ commisit; ex cuius præscripto regi debet & administrari. Sponsa Christi casta & immaculata, testamentum sponsi sui sequitur, nec patitur ei addi aut diminui ab administratoribus.

2. Functiones vero munerum ad Ecclesiæ *κωβέπνησιν* constitutæ sunt multæ; aliæ ad tempus, aliæ in perpetuum. Prima & præcipua fuit 12. Apostolorum, quibus aggregatus fuit Paulus & Barnabas à Domino peculiariter Gentibus destinati, Act. 13. Ea quæ oculis viderant & auribus perceperant Spiritus sancti donis ornati, per vniuersum orbem prædicauerunt, & scripto comprehenderunt. Quod audiimus, ait Ioannes epistol. 2. cap. 1. quod vidimus oculis nostris, quod spectauimus, & manus nostræ contrectarunt de verbo vitæ, id annunciamus vobis, neque scripto, aut verbo aliquid tradiderunt quod à Domino non accepissent, teste Paulo 1. Corinth. 11. Quod accepi à Domino, hoc tradidi vobis; & alibi dicit, se à Ierusalem ad Illyricum, & circumiacentes regiones Christum annunciasse. Si vnus ex Apostolis tam late Euangelium propagauit, quid reliqui fecerint, ex Actis & eorum scriptis patet. tri-  
ginta

ginta enim annorum spacio, Euangelij doctrinam per vniuersum orbem promulgauerunt, & immediate vocati à Deo Ecclesias constituerunt: sed cum omnibus non sufficerent, & tanto oneri impares essent, ministros sibi adiunxerunt Euangelistas, Apollinem, Titum, Sylluanum & Timotheum, quem diserte Paulus admonet, 2. Timoth. 4. ut opus peragat Euangelista. Excitati sunt etiam Prophetæ, quorū ordo Apostolico coniungitur tertio capite & quarto ad Ephesios. Inter eos insignis fuit Agabus, qui per spiritum Domini significauit famem magnam futuram in toto terrarum orbe, & prädixit Pauli vincula, quibus Hierosolymæ vincētus postea fuit à Iudæis, & Gentibus traditus, Act. 13. & 21. Illi ergo scripturas variis linguis interpretabantur, 1. Cor. 14. & ut lex Dei Prophetarū præ electionibus & vaticiniis illustrata fuit, sic Prophetarum, Euangelicorum doctrina & vaticinio, Euangelium celebre exitit: denique admiranda fuit functio eorum qui dono sanationum præditi erant; inter quos fuerunt exorcistæ, qui ἐρεπυ & ἰδύς; adiurabant & sanabant, Mar. 16. de hac functione Iustinus Martyr, qui tempore Antonini Pij Imperatoris vixit, Apologetico primo scripsit, Christianos per vniuersum orbem terrarum, & in vrbe multos energumenos curasse, quod alij adiuratores præstare minime poterant: item Tertullianus, qui regnante Seucro Imperatore vixit, in libro ad Scapulam: Demones, inquit, non tantum respuimus, verum & reuincimus, & quotidie traducimus, & de hominibus expellimus, sicut plurimis notum. Cum vero tunc Ecclesia Magistratus præsidio destitueretur, p̄ eius rectores edendarum virtutum facultate valebant, de qua Apostolus 2. Corinth. 10. *Arma, ait, militia nostra carnalia non sunt, sed Dei potestate valida ad subuersionem munitiorum, ac paratam habemus vindicationem omnis contumacia.* His armis percussus est à Petro Ananias & Saphyra, Act. 5. & Elymas à Paulo cæcus factus, Act. 13. Neesse enim erat in Ecclesia primitiua, Euangelij doctrinam, ut olim legis sacram promulgationem miraculis confirmari; cumque non vnus Pharaon, vel Antiochus, sed multo plures & crudeliores extiterint tyranni Euangelio obsistentes, edita sunt virtutum cælestium testimonia pro Ecclesiæ Christianæ conseruatione innumerabilia.

3 Hæc igitur suprædictæ quatuor functiones vnanimi consensu Ecclesias constituerunt, quæ postea Apostolica dictæ sunt; quod Apostolorum functio prima in ordine fuisset, & eam doctrinam & disciplinam amplecterentur, quam Apostoli docuissent. De illis Tertullianus in libro De præscript. Constat, inquit, omnem doctrinam quæ cum illis Ecclesiis Apostolicis, matricibus

& originalibus fidei veritati deputandam, id sine dubio tenentem, quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit. Apostolici etiam viri dicti sunt illi, qui ab Apostolis ad Ecclesiam ministerium ordinati, in Evangelica fide & doctrina perseverarunt. In probatis vero auctoribus nusquam reperitur Apostolos successores sibi delegisse, qui Apostoli dicerentur. Ioannes enim qui dierum longitudine collegas omnes suos superavit, Polycarpum Smyrnensi Ecclesiae praefecit Episcopum, non Apostolū, & suo loco dicitur hunc gradum Apostolicū Ecclesiae Christianae purā fuisse incognitum, & in persona Apostolorum desisse. Evangelistarum etiam functio, qui succenturiati fuerunt Apostolorum, desit; nec non prophetarum. Constitutis enim Ecclesiis Episcopi Evangelium docuerunt populari lingua, Theologiaeque scientia instructi, successerunt in munere docendi, & disciplina administranda. Et si vero ordo prophetarum desierit, prophetiae tamen gratia perpetua erit, qua p̄ in Ecclesia Christiana ad finem mundi instituentur. Denique certum est ex historiis, ordinariam edendarum virtutum functionem temporariam fuisse, & in Ecclesia Christiana desisse. Deus enim patientiam & tolerantiam piorum miseratus, praecclaros reges & principes, Ecclesiae custodes, cognitione Euāgelij imbuuit, medicos qui morbos curarent excitavit, sic ut cessantibus necessitatis causis propter quas functio supradicta vigerat, cessarit tandem illa, ita tamen ut saeculis omnibus Deus testimonia ediderit, quibus satis docuit donorum illorum gratiam in Ecclesia non omnino extinctam esse. Atque haec de functionibus ad tempus institutis.

4 Sequitur, ut de illis agatur, quae perpetuo sunt duratura, sed praesandum, & notandum imprimis est, inter omnes Ecclesiae Christianae rectores, nullum extitisse Apostolorum temporibus caput ministeriale, sed omnes pietatis coniunctos vinculo sub auspiciis Christi monarchiae, Ecclesiam administrasse communi consensu, & voto. Falsum enim esse postea probabitur, quod Hierarchiae Romanae adulatores scripserunt, Petrum Apostolorum, & totius administrationis Ecclesiae principem fuisse. Viguit enim inter illos Aristocratia: & quamvis alia membra, aliis praestarent atque excellerent, propriisque muneribus fungerentur, moderata tamen fuit totius corporis gubernatio: Dicente Iacobo, Petrus silebat, & prophetae sigillatim prophetabant. Si alteri assidenti reuelatum aliquid fuerat, prior tacebat, doctrina quae tanquam spiritu Dei suggerente adferebatur, probabatur ab aliis numquam Dei verbo conueniret; unusquisque pro sua dignitate & meritis, honore afficiebatur, & in bonorum delectu maiorumque

lorumq; fuga mirificus consensus perspiciebatur. Hæc Ecclesia Dei Christianæ ab initio fuit politia. Quid igitur, cum vni Petro commissæ non fuerit suprema administratio, cuius erat, an omnium functionum tanquam optimatum? an populi vniuersi? Democratia certe nulla fuit, in qua equato rerum omnium, omnibusq; Ecclesia membris iure res gererentur, nec memini Deum vnquam in rebus Ecclesiasticis solam Democratiam approbasse. Popularis enim administratio fons est seditionis & confusionis; ordines Ecclesiasticos confundit, anarchiam generat, malum peius tyrannide; modum nunquam tenet, aut superbe dominatur, aut seruit humiliter; adlatores extollit; pios & cordatos viros odio prosequitur; de syncera doctrina eiusdemq; professoribus estimator est iniquus; ministros loquaces amat; potestatibus à Deo ordinatis obsistit; politia & ciuili & Ecclesiastica vincula dissoluit; arena maris nõ dissimilis semper mouetur; & vt verbo absoluam, politiam Ecclesiasticam populo committere, nihil aliud esset quam gladiũ furioso tradere. Equidem si Christum consideremus, Ecclesiæ monarchiam, eius gubernatio & status Monarchia dici debet. Est enim rex noster qui pretio sanguinis sui nos redemit, virtute Spiritus sancti, & verbo suo nos regit; sed si Episcopos, Doctores, Presbyteros, & Diaconos attendamus, quos Ecclesiæ gubernationi præfecit, eius politia Aristocratia dicenda est, ita tamen, vt penes Ecclesiam suprema maneant potestas. Attendendum enim ne ad paucorum, quantumuis optimatum potestatem, omnis administratio redigatur, ne factiones oriantur. Oligarchia enim facile degenerat in tyrannidem, quæ sæpe accidit ex ambitione, auaritia, odio & inuidia eorum, qui in rerum administratione moderate non agunt. Quamobrem optima Ecclesiæ politia agnoscit Christum Ecclesiæ monarchiam, & functiones ab eo institutas & perpetuo duraturas; ad quas, vt administratio sacrorum & disciplina pertinet, sic illi absq; consensu Ecclesiæ præfici non debent, nec clauibus abuti, quæ ad edificationem, non ad destructionem aut ambitionem eis sunt commissæ.

## CAP. VI.

- 1 De Ecclesiæ ministris, & eorum variis appellationibus, officium & dignitatem ministerii designantibus.
- 2 In Ecclesia Christiana Pastores non sumuntur ex certa tribu, & de illorum ætate matura.
- 3 Quomodo iuuenes ad ministerium coaptari possint, & de doctrina & eruditione ministrorum.



- 4 De moribus, pietate & grauitate veri Pastoris.
- 5 De constantia ministrorum Ecclesiæ.
- 6 Compendium virtutum quas scriptura sacra designat; & necessariæ sunt Ecclesiæ pastoribus.
- 7 Canones Conciliorum generalium, & prouincialium secundum quos Episcopi Ecclesiæ sint præficiendi, & quales esse oporteat.

**T**aque rem aggrediar à ministris verbi Dei, qui absque controuersia præcipui sunt Ecclesiæ rectores in rebus Ecclesiasticis; et inter quatuor functiones in perpetuum institutas, primum munus obtinent. Illi interdum presbyteri, interdum pastores, interdum dispensatores mysteriorum dicuntur; quod docere verbum Domini, sacramenta administrare, et disciplinam exercere teneantur; propterea Episcopi vocantur παπὰ τὸ ἑπιτοκοπεῖν, quod tanquam inspectores gregis commissi curam gerere illos deceat. his et similibus nominibus ministerij dignitas, et præsertim officium, declaratur, de quo Apostolus 1. Timoth. 5. Qui Episcopatum desiderat, præclarum opus desiderat. Opus, inquit, non splendorem, sed laborem. Episcopi enim nominatio, non tam honoris, quam oneris est institutio; digni tamen honore duplici qui bene præsumt. Obedite, ait Paulus 13. ad Hebræos, iis qui præsumt vobis, et obsecundate; vigilant enim ipsi pro animabus vestris, tanquam rationem reddituri. Etenim nullum est genus functionis pastorali dignius vel præclarius, sed arduum est opus, cui Angeli impares sunt; magniq; interest, Ecclesiæ pastorem nancisci pium et cordatum, qui mysteria Christi tractet sincere, & munere gubernandi utatur incorrupto.

2 Christiana igitur Ecclesiæ Pastoris virtutes exponantur. Hic nulla tribus aut familia certa est, doctrina tantum queritur, & pietas, & grauitas. Ex omni enim gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi, Act. 10. Qua de re negligendum non est quod in Concilio Oecumenico Constantinopolitano 6. legitur, cap. 33. Quoniam cognouimus in Armeniorum regione eos solos ad clerum admitti, qui sunt ex genere sacerdotali, decreuimus ut deinceps non liceat ad eius, cui manus imponitur, genus respicere, sed examinantes an digni sint, expositis in sacris canonibus decretis, eos in catalogum referri, & Ecclesiasticè promoueri. siue sint ex maioribus suis sacerdotibus siue non. De ætate Pastorum, diligens habenda est ratio. Ætas enim Leuitarum apud Hebræos matura esse debuit; & censor legibus Romanis nemo, nisi

ætate

atate grauis, eligebatur; leges, præsertim annales certa ætatis spatia cuique dignitati descripserunt; ædilitati annos triginta septem, præturæ quadraginta, & consulatui quadraginta tres: quod et poeta significat;

Iura dabat populo senior, finitaque certis

Legibus est ætas, vnde petatur honos.

Etsi vero nihil definitum sit in sacris literis de ætate ministrorum Euangelii, non frustra tamen Apostolus Timotheum monet his verbis, 1. Timoth. 4. Nemo tuam iuuentutem despiciat, sed typus esto fidelium in conuersatione, in charitate, in spiritu, in fide, in puritate, quæ virtutes raræ sunt in iuvene. Ad hæc, cum Episcopus in vitam et mores gregis inquirere debeat, non est par ab adolescente senem censerî. Quod vero Christus increpauerit iuuenis seniores, docebat non ut scriba, sed qui auctoritatem haberet, Matth. 7. Non immerito igitur anno Domini 364 prohibuitur fuit in Concilio Laodicensi cap. 3. NE Neophytus promoueretur ad ordinem sacerdotalem.

3 Temporis autem necessitas, vel etiam virtutis maturitas ea possit accedere, ut etiam iuuenes soluti legibus, ad ministerium cooptentur. Sic Ioannem constat Apostolum iuuenem esse factum cum septuaginta annos post Christi passionem vixerit; sic Paulus Timotheum iuuenem Apostolatus administrum delegit: sic Origenem aiunt decimo octauo ætatis anno Catechistam factum; sic Ambrosius iuuenis et Catechumenus Mediolanensis Episcopus electus: sic Nectarius Catechumenus, Episcopus Constantinopolitanus propter opinionem virtutis electus & consecratus est. At si nulla vis cogat, matura ætas in Episcopo Ecclesiæ requiritur comite doctrina, pietate & grauitate. Qui enim Ecclesiam docet insigniter doctus, & aptus ad docendum esse debet, quique probe teneat, ὁρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας: neque audiendi sunt illi, qui Apostolos homines fuisse imperitos clamitant, & nihilominus electos ad Euangelizandum. Nam præterquam quod vocati sunt ἀπέστος à Domino, certum est Spiritus sancti donis ornatos, variis linguis loquutos, & quod labore & industria vix quisquam consequi potest, gratia extraordinaria cælitus affecutos fuisse. Qui vero administrati fuerunt Apostolatus, eruditione insignes fuerunt. De Timotheo legitur 2. Timoth. 3. quod sacras literas nouerit a puero; & qui tempore Apostolorum ad ministerium Ecclesiæ admittebantur doctrina præcallebant. Apollo Alexandrinus vir fuit eloquens, & scripturarum cognitione egregie instructus, Act. 18. Si quis vero euoluat volumina Epiphani, Irenæi, Chrysostomi, Basilii, Vigilii, Augustini,

Tertulliani, Ambrosii, Theophylacti, Hilarii, Cypriani & multorum Ecclesie doctorum, fatebitur imperitos Episcopos ad stium potius, quam ad cathedram esse aptiores. Desinat (inquit) Isidorus libro 3. De summo bono, cap. 35. locum docendi suscipere, qui nescit docere. Quomodo enim docere poterunt, quod ipsi non didicerunt? Si vero aliquis verbi Dei, & disciplina ecclesiastica imperitus ad docendum promoueat, auditores ignorantia tenebris inuoluuntur, & merguntur: cecus si ceco ducem se praebeat, ambo in foueam cadunt, Matth. 15. Denique pastorem indoctum Deus per os Esaiæ cap. 56. improbat. Ipsi (inquit) pastores ignorauerunt intelligentiam, speculatores ipsi caci sunt omnes. Quapropter qui designatur Ecclesie minister, probandus est imprimis examine doctorum & piorum, an in literis sacris progressus fecerit, an ad docendum sufficiens; deinde inquisitio morum diligens habenda est. Inutilis enim eruditio, quam impii mores comitantur, vilescuntque virtutes & scientia, vitæ turpitudine. Mores, ait ille, docentis persuadent, non ipsa oratio; & Qui bene docet, & male viuit, cereo similis est, qui aliis praebebat lucem, seipsum vero extinguit.

4 Mores vero ministrorum multis scripturae locis describuntur, inter quos celebre est illud; Neque aurum neque argentum, neque multiplicem vestem appetant, sed diuinis opibus affluent, de thesauro suo depromant vetera nouaque. Pontius diaconus scribit de Cypriano: Qui, inquit, omne culmen assequi appetens Christiana religionis, omnem suam substantiam pauperibus erogauit; vere perspicuus non posse perfecte in inenarrabili Dei sapientia philosophari terrenis cupiditatibus addictum. De hoc Episcopo Carthaginensi, & similibus, vere Christianis, dici potest quod ait Poeta;

Tum pietate grauem & meritis, si forte virum quem  
 Conspexere, silent, arrectisque auribus adstant:  
 Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Præterea in pastore cum pietate, coniuncta esse debet constantia, qua obstinat contumacibus; afflictiones, exilium mortemque ipsam, si ita res ferat, pro Euangelii defensione patienter ferat; non sit in pace leo, in prælio ceruus; à vocatione temere non discedat; semper in corde Christum Episcoporum principem habeat, & ad eius vitam, quam proxime poterit, suos mores componat, assidueque meditetur quod Ieremia dictum est: Ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum aeneum, super omnem terram regibus Iudæ, principibus eius, & sacerdotibus & populo terræ, & bel-  
 lum

lum gerent aduersum te, & non praualebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te, Jerem. cap. 1. Constantia insigne documentum extat de Quirino Sciscia Episcopo: Nam cum iussu Galerii mola collo alligata, in flumen precipitatus esset, superstes diu aquis supernatauit, atque Christianos spectantes grauitur admonuit, ne mortis horrendo spectaculo, a fidei Christianae professione deterrerentur. Athanasius etiam Episcopi Alexandrini laudatur constantia, qui literis Constantini Magni de recipiendo in communionem Arrio, atque Euxoio à Concilio propter detestandam haeresim iuste damnatus, non modo obstitit, sed Arrianorum & Melitanorum coniurationibus, criminibus ab Eusebio Nicomediensi sibi artificiose impositis, exilii calamitatibus neglectis, gloriam Dei, & orthodoxam fidem constantiter promouit. Huius vestigium insistentis Ambrosius Episcopus Mediolanensis, Iustinae Valentiniani iunioris matris, mandato, ut è templo egrederetur Mediolanensi, nequaquam perterrefactus; Ego (inquit) hoc sponte non faciam, ne lupis, scilicet Arrianis, quibus septa concedere videar Deum blasphemantibus: hic, si placet, occide, hoc loco mortem prona suscipiam voluntate, ait Eusebius libro 9. capite 20. denique de constantia Episcoporum Ecclesiae primitiua, testantur passim historia, qua occluserunt ora leonum, & extinxerunt vim ignis, exercueruntque iustitiam, quam ut piè corde crediderunt, sic ore sincere docuerunt.

5 Constantia enim veri Episcopi, aliena est à Pharisaorum hypocrisi, fastu & adulatione, qua nulla pestis lethalior esse potest. Parum enim prodest pastorem doctum, constantem & pium esse, probe etiam viuere, si improbe viuentes tacendo non arguat. Sic pastores adultores per Ezechielem cap. 3. Deus adloquitur: Si dicente me ad impium, Morte morieris, non annunciaueris ei, neque locutus fueris ut auertatur a via sua impia, & uiuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Va, ait Esaias capite 5. illis, qui dicunt malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Qui Antonii libidines, hilaritatem, Phalaridis inhumanitatem, sceleratorum odium, Ptolemai superstitionem, religionem vocant, luxum Demetrii laudant, & adulando Dionysii epulas sectantur; digni profecto è quorum ceruicibus gladius appenderetur, quo pœnas adulationis lucent debitas. Quid, ait Plutarchus libro De discrimine adulatoris & amici, Siciliam, Aegyptum, & Romam ipsam perdidit? Phalerata

adulatorum oratio. Non frustra igitur Paulus 2. ad Timoth. cap. 4. admonet Ecclesiam, ut doctores fugiat prurientes auribus, id est ministros adultores, pessimos animarum homicidas.

6 Quamobrem quales esse Ecclesia Episcopi, & iuxta quos canones eligi debeant, ex Dei verbo compendiose colligamus. Oportet Episcopum irreprehensum & inculpatum esse, tam in doctrina quam in moribus, dispensatorem fidelem muneris cui praefectus est: si continentia dono careat, sit unus uxoris vir, polygamiam detestetur, domi suae bene praesit, & liberos contineat in subiectione cum omni honestate; Ecclesiam cui praesit, curet diligenter, apte doceat, & in administranda disciplina moderatum se praebeat, nemini aduletur, obstat contumacibus, sit vigilans in studio Theologico, & officio pastoris exercendo, indefinenter oret, ebrietatē et crapulam fugiat, sobrie vivat, simplex sit ut columba, et hypocrisis careat, prudens tamen ut diuertat ad probos & Evangelio dignos, contra diuertat ab improbis, res sacras canibus, id est infidelibus et indignis non det, neque margaritas porcis obiciat. Malos patienter ferat, et illatam iniuriam non ulciscatur, nec manu nec lingua quemquam percutiat, pacis sit amans, belli pugnaeque hostis, ne quid per iracundiam agat, sit circumspectus, et sani iudicii, pius erga Deum, et iustus erga proximum; ab avaritia, scortatione, et luxu alienus, pauperes, peregrinos, aegros, et captiuos curet, et hospitalitatem exercent; bonam famam, quantum fieri poterit, apud externos ne negligat, usu et experientia rerum valeat, quod gradum Episcopi sit adeptus ne superbiat, sed demisse se gerat, in conciliis et conuentibus primos confessus non ambiat.

7 Supra notati canones ex fonte scripturae sacrae deprompti sunt, et quamdiu Ecclesia Christiana res saluae aliqua ex parte fuerunt, patres tam in conciliis generalibus quam provincialibus in electione Episcoporum eos obseruari curarunt. Ex illis pauca testimonia subducam, ut quo res redierit, melius dignoscatur. In concilio Carthaginensi quarto cap. 1. sic legitur: Qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si suis negotiis cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, et ante omnia si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est patrem, filium et Spiritum sanctum unum Deum esse, &c. item in Concilio Turonensi tertio de Episcopo coniungato sic habetur: Episcopus coniugem ut sororem habeat, et ita sancta gubernatione

berratione gubernet domum omnem, tam ecclesiasticam quam propriam, ut  
 nulla de eo suspicio quaqua ratione consurgat. Item in concilio 6. Constanti-  
 nopolitano œcumenico, de docendi munere ad quod Episcopi vocantur, sic legi-  
 tur cap. 19. Oportet eos qui præsunt. Ecclesius, in omnibus quidem diebus, sed  
 præcipue dominicis, omnem clerum & populum docere pietatis ac rectæ reli-  
 gionis eloquia; ex diuina scriptura colligentes intelligentias & iudicia verita-  
 tis. Ex scriptura, ait canon, non ex mandatis hominum, eloquia veritatis, &  
 rectæ religionis præsul Ecclesiæ docebit. Quid ad hæc respondebunt hierar-  
 chia Romana Episcopi, qui nunquam docent, vel si docent, mandata homi-  
 num, superstitionem, & disciplinam à Deo non institutam, eloquuntur? Qua-  
 lis autem esse Episcopus, & a quibus immunis esse debeat criminibus, & im-  
 perfectionibus; a quibus & quomodo eligi debeat, complectitur canon decimus  
 octauus Concilii Toletani quarti, in hæc verba: In isto canone notantur qui  
 sunt indigni ad honorem sacerdotii, quos ius nunc vocat Irregulares; inter  
 quos etiam recensentur & isti qui muneribus honorem obtinere moluntur;  
 qui à decessoribus in sacerdotium eliguntur, qui inscîi literarum sunt, qui non-  
 dum ad triginta annos peruenerunt, qui nec à clero, nec à populo propriae ciui-  
 tatis electi sunt. Qui ergo probatus inuentus fuerit ab vniuersis comprouin-  
 cialibus Episcopis, aut certe à tribus, in sacerdotem die Dominica comprobabi-  
 tur. De electione & ordinatione Episcopi, quomodo, & à quibus fieri debeat,  
 postea videbimus: quero nunc annon ex Toletani, Carthaginensis & Turo-  
 nensis conciliorum decretis damnanda sit maior pars Episcoporum Hierar-  
 chia Romana, qui palliū Episcopale, (inuestituram vocant) pretio ab Hierar-  
 cha Romano emerunt? qui Episcopatum magnis largitionibus ambiuerunt?  
 qui impune scortantur, & coniugium à Deo institutum detestantur; qui nun-  
 quam in confessu Ecclesiæ verbum Dei docuerunt; qui denique ignari sacra-  
 rum literarum, & omnis doctrinæ sacræ, Episcopi designantur? Quam vero  
 caste & sobrie vitam instituire teneantur, synodus Rhemensis à Carolo Ma-  
 gno circa annum 813. more antiquorum Imperatorum coacta, docet his ver-  
 bis, cap. 16. & 17. Episcopi, pauperes & indigentes secum habeant ad men-  
 sam, & lectio diuina ibi personet, & sumant cibum cum benedictione & lau-  
 de Domini secundum Apostolum 1. Cor. 10. ut siue manducent, siue bibant,  
 omnia in laudem Dei faciant, utque Episcopi & Dei ministri comesationi-  
 bus & vinolentiis non incumbant, sed attendant Domini sententiam, Luca  
 12. Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Moderate

*enim cibum sumere debent, ut parati sint ad obsequium Domini. Ecce veri Episcopi vita, à Dei verbo, & canone antiquo præscripta, qualis que debeat esse eius mensa, ad quam pauperes conuiuæ assideant, non tubæ aut instrumentorum musices strepitus audiantur, sed verbi diuini harmonia personet, in cibo & potu sobrietas conspiciatur, & laudes Dei celebrentur.*

## CAP. VII.

- 1 Quomodo, & à quibus eligerentur Ecclesiæ ministri tempore Apostolorum, & de sorte adhibita in electione Matthiæ Apostoli.
- 2 Ecclesia primitiua ordinariam electionis formam secuta est, quæ clerici iudicio & populi suffragio fieri solebat.
- 3 Quomodo, & à quibus Episcopus Romanus eligatur, & ordinetur.
- 4 De Cardinalibus Papæ electoribus, & quo iure id faciant.
- 5 Antiquissimo iure confirmatio electionis Episcopi Romani ad Imperatorem pertinet.
- 6 De Papis qui primi auri sunt Ecclesiæ & Imperatoribus adimere potestatem eligendi & confirmandi Episcopum Romanum.

**A**que hac de officio, doctrina, pietate, grauitate, moribus veri Episcopi, necnon legibus iuxta quas eligi debeat; nunc à quibus, & quomodo eligendus sit, videamus. Typi ac formæ tres ordinariæ electionis quæ facta est in Ecclesia tempore Apostolorum, in signibus tribus in locis Euangelii proponuntur. Primum exemplum sic est Act. 1. cum vnus Apostolus in Iudæ locum subrogandus esset, Petrus è medio discipulorum assurgens (erat autè turba hominum simul quasi centum viginti) concionatur, monetque oportere vnum ex iis qui à Christi baptismo, vsque ad eius ascensionem conuenissent, testem resurrectionis vnà cum cæteris Apostolis fieri: hincque patet ministrorum partes esse in electionibus præire & proponere: sed neque hic priuatim vel ab vno Petro, vel à solis Apostolis est conclusum, sed publice, & totius Ecclesiæ suffragiis electio peracta est. Itaque illi vniuersi centum & viginti discipuli precantes, sortem de duobus electis Deo commiserunt, quæ Matthiæ obuénit, triplexque electio hic fuit. Prima Ecclesiæ, de duobus; secunda Dei, de sorte Matthiæ; tertia rursum Ecclesiæ, qua communibus tandem suffragiis & calculis, sortis euentus approbatus est. Equidem quod sors adhibita fuit, propter suffragiorum paritatem factum esse videtur, quodque in Iudæ locum Apostolus à μέσσοις instituendus esset. Sors enim non tantum ex Dei verbo, sed secundum philosophos diuinis etiam iudiciis erat attributa; & Roma adituri candidati suffragiis pares

ita sortiebantur. Et sic Orator pro Plancio: Neque enim, inquit, unquam maiores nostri sortitionem constituisent adilitiam, nisi viderent accidere posse ut competitorum pares suffragiis essent. Apud Hebræos frequens fuit Sortium usus, præsertim in rebus politicis. Sortes, ait Salomon, Prouerb. 16. mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur. Hoc tamen exemplum de sorte Matthia temere non est in electionibus Ecclesiasticis usurpandum, & nunquam adhibendum, nisi extrema necessitas cogat, ad discordia quæ ex paritate suffragiorum oriri possunt, fugienda.

2 Etenim Ecclesia primitiua ordinariam electionis formam sequuta est, quæ fiebat iudicio cleri & populi suffragio. Quæ de re Cyprianus sic differit in epistolis: Coram omni synagoga, inquit, iubet Deus constitui sacerdotem, ac ostendit ordinationes sacerdotales non nisi sub populi conscientia fieri oportere, ut plebe præsentem detegantur malorum crimina, vel honorum merita prædicentur, & sit ordinatio iusta et legitima, quæ omnium suffragio et iudicio fuerit examinata, est quæ hæc disciplina deifica. Et lib. 1. Epist. 4. Diligenter, inquit, de traditione diuina & Apostolica obseruandum & tenendum est, quod apud nos quoque & per vniuersas prouincias tenetur, ut ad ordinationes ritæ celebrandas ad eam plebē cui præpositus ordinatur, plebe præsentem quæ singulorum vitam plenissime nouit, & vniuscuiusque actum de eius conuersatione perspexit. Quod & apud nos factum videmus in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de vniuersa frater vitæ suffragio, & de Episcoporum, qui in præsentia conuenerant, quique de eo apud vos literas fecerat iudicio, Episcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Basilidis imponeretur. sic idem ait 3. lib. Epist. ep. 13. Cornelium Dei iudicio cleri ac plebis suffragio Episcopum ordinatum fuisse.

3 Quæcum ita sint, quomodo & à quibus Hierarchia Romanus ab aliquot seculis eligatur & ordinetur, agendum videamus. Circa annum 1272. Gregorius decimus, (ut refert Mare hist.) in concilio Lugdunensi decerni curauit, ad pontificis electionem maturandam in posterum ut Cardinales in cōclauem mitterentur, neq. inde exeundi, bibendi aut comedendi facultas eis concederetur, donec conueniret in electione. Itaq. est basilica Roma in monte Vaticano, in cuius conclauis subducuntur Cardinales, nec inde exeunt donec cōcordes sint in electione noui Hierarchæ Romani, quem Papam vocat, nomine antiquo, quo sic omnes Episcopi vocabantur. Vt enim Rex Gerar, Abimelech dicebatur, id est, pater meus, rex, quod populū ac filios amaret, sic omnis Episcopus olim Papa dicebatur, quod Eccles. tanquā pater filiā beneuolentiā & officio omni prosequeretur.



*Vtinam in Episcopo Romano ut Papæ nomen, sic res ipsa & officium perpetuum fuisset. Caterum ad eius electionem peragenda, die certa Magister caeremoniarum tribus circiter horis ante meridiem dato signo, Cardinales quos dixi, ante subductos in conclaue, conuocat ad sacra celebranda: quibus celebratis, defertur ad singulos pulpitem, in eoque charta quæ Cardinalium omnium nomina continet: post ante aram collocatur mensa panno purpureo tecta, cui superimponitur vas deauratum, & campanula argentea: in charta Cardinales singuli suffragia sua scribunt, & ita complicant, & obsignant, ut extent tantum nomina eorum qui eliguntur; inde consurgunt suo quisque ordine, & flexis ad aram genibus precantur, chartulamque demittunt in vas deauratum, suoque loco rursus sedent. Tunc Episcopi duo, bini presbyteri, & diaconi totidem, accedunt ad aram, & Episcoporum vnus chartulas omnes ordine sumit ex vase deaurato, vel argenteo: is explicat, & clare pronunciat nomen electi, postea fit concursus ingens populi, & Papa electus producitur stipatus militibus & magna Cardinalium, Episcoporum & nobilium corona cinctus, augustissimo indutus habitu & humeris hominum sustentatus, sublimis in aurea sella sedet, triplici tiara coronatus; præiit numen panis quod albo equo gestatur, nec non frequentia cleri cum crucibus & reliquiis; adsunt potentissimorum regum et principum legati, qui Papæ pedes deosculantur, benedictionem et vitam æternam ab eo petentes. Huic sedenti in aureo throno, vnus ex Cardinalibus testes contrectat, et alta voce exclamat, testiculos habet. Quod testatur Platina in Ioannis octavi vita. Pontifex, inquit, dum primo in sede Petri collocatur, ad eam rem perforata, genitalia eius ab ultimo diacono attrectantur. Quis hæc legendo non exhorrescat? Diocletianum detestantur historiae, quod moderatione in superbiam versa, eo usque insolentia prodierit, ut se post hæc mortalem esse oblitus, tanquam Deum adorari voluerit. Nam proicere se humi homines venerabundos atque osculum pedibus figere iussit, & gemmas vestibus calceisque imposuit. At quanto insolentior est Hierarcha Romanus, quæ sui tanquam Deum adorant, auro, argento, gemmis pretiosissimis splendens, pedes suos deosculandos exhibens omnibus hominibus, & præsertim Imperatoribus, Regibus & Principibus terræ? Non sic Paulus & Barnabas, Act. 14. voluerunt se adorari, sed scissis tunicis detestati sunt turbas, cultum diuinum eis parantes. Quid, inquiunt, viri hæc facitis? & nos mortales sumus, similes vobis homines, & vobis annunciamus Deum viuum, ut ad eum conuertamini. Sed quid? Apostoli erant ad docendum institui, hic vero Hierarcha in templo*

templo Dei sedens tanquam Deus, ab hominibus non tantum adorari se patitur, sed etiam iubet.

4. Ex qua verò scaturigine profluxerint Cardinales, Papa electores, docet Gregorius libro 2. epistol. 13. 25. & 53. Ad illos enim scribit tanquam ad curiones paræciarum, qui olim flamines Curiales apud Ethnicos Romanos dicebantur; hi in Ecclesia Romana Presbyteri erant, vel diaconi ab initio, teste Cardinali Florentino in suis Conciliis, conc. 65. Deinceps decreto quodam Concilij Sutriensis anno 1059. Cardinalis dignitas cæpit celebrari: cumque circa annum 1277. Imperator Fridericus secundus (ut ait Platina) Innocentij quarti, & confederatorum armis in Parma obsidione insigni clade affectus esset, victoria elatus Pontifex, voluit ut galero rubro in posterum Cardinales uterentur; utque quemadmodum purpura antiquis imperatoribus, imperatoria potestatis tessera erat, sic pileus coccineus splendorem cardinalibus adferret, qui progressu temporis, Archiepiscopis & Episcopis prælati sunt. idque contra veterum canones, ex quibus constat metropolitanam dignitatem, Episcopali superiore, & presbyteros & diaconos Episcopo inferiores fuisse. Cum verò magna pars Cardinalium hodie diaconi & subdiaconi Ecclesiæ Romanæ dici velint, ex veterum canonibus presbyteris dignitate sunt inferiores. Prohibitum enim in Concilio Constantinopolitano sexto, cap. 7. ne diaconi sedeant loco honoratiori quam presbyteri. Item in Concilio Aquisgranensi celebrato sub Ludouico primo, cautum fuit sub pæna abrogationis, ne diaconi in medio presbyterorum sedeant, quod ministri essent Episcoporum, inferiores autem presbyteris. Quod se se presbyteros esse dicant; necesse est secundum decreta patrum, Episcopis subiiciantur: Sed Hierarcha Romanus, qui pileum, & splendorem illis pinxit, destruit, adificat, mutat quadrata rotundis, Concilia pro arbitrio figit, & refigit.

5. Tyrannicum vero est omnino, quod potestas eligendi Episcopum Romanum ad Cardinales est translata. Illa enim iure diuino ad Ecclesiam; confirmatio vero electionis antiquissimo iure ad Imperatorem Christianum pertinet; de quo operæ pretium est audire Platinae testimonium in Vita Gregorij primi. Gregorius primus, inquit, omnium consensu, inuitus etiam Pontifex creatur, anno 590. iuxta Ant. Augustinum Tarrac. Is autem cum principis consensus requireretur, ut antea dixi, nuncios cum literis miserat, qui Mauricium, (Imperatorem) obsecrarent, ne pateretur electionem Cleri & populi Romani, ea in re valere, interceptæ sunt literæ à præfecto urbis, ac discerptæ, scriptæque aliæ.

quibus rogabatur, ut quem populus ac clerus in Pontificem elegisset, eundem Imperator confirmaret. Notandum autem, à Constantino Magno usque ad tempora Mauricij, ius confirmandi Episcopum Romanum fere trecentorum annorum curriculo, absq[ue] ulla controuersia penes Imperatores fuisse, idque non Romæ tantum, quæ sedes erat Imperij occidentalis, sed Constantinopoli, altera orientalis Imperij sede: nullus enim Patriarcha absque Imperatoris consensu, à populo eligebatur. Cum verò Imperatores in Oriente domicilium, exemplo Constantini Magni constituisent; Raucenna Exarchum præfecerunt; absque cuius auctoritate Episcopus Romanus non inaugurabatur. Perturbatum quidem fuit postea hoc ius imperiale, ab Odoacre rege Ostrogothorum, qui excluso Augustulo, regnum in Italia constituit, & legem tulit comitiorum, quorum iudicium sibi reseruauit. Itaque Theodoricus rex Italiae, ex lege Odoacri antecessoris sui, Symmachum confirmauit Episcopum Romanum; postea Pelagius ex cleri & populi suffragio absque Imperatoris iussione ordinatus est, quod Longobardi tunc Italiam deuastarent, & ciuitatem Romanam graui obsidione premerent; ut habetur primo tomo Conciliorum, pag. 154. Postquam autem Caroli Magni opera Italia, pulsus Longobardis, & ciuitas præsertim Roma in libertatem vindicata est, regnumque Italiae, & ipsum imperium armis Caroli recuperatum est, ius antiquum confirmandi Episcopum Romanum Carolo Augusto ab Hadriano restitutum est. Quod Carolus Sigonius, Papa Romano alioquin in multis additus, libro 4. De regno Italiae, dissimulare non potuit. Itaque, inquit, uniuerso procerum consentiente conuentu (qui Episcopis centum quinquaginta quatuor, Abbatibusque plurimis constabat) decretum; ut Carolus per singulas prouincias, Archiepiscopos & Episcopos institueret; ita ut nisi ab eo laudarentur, & instituerentur, à nemine sacrarentur, & ut Pontificem eligeret, sedemq[ue] Apostolicam ordinaret. Hac fuse repetuntur & confirmantur c. Hadrianus, & c. In Synodo, distinct. 63. in quibus Hadrianus, & Leo III. Papa Romani agnoscunt ius eligendi Pontificem Romanum ad Imperatorem pertinere. Adhæc extat rescriptum Stephani 63. distinct. in quo hæc verba leguntur: Cum instituendus est Pontifex, conuenientibus Episcopis & uniuerso clero, eligatur præsentem senatu, & populo qui ordinandus est, & sic ab omnibus electus, præsentibus legatis imperialibus consecretur. Accidit verò circiter annum 817. regnante Ludouico Pio Imperatore, ut Paschalis Episcopus Romanus, non interpellato Imperatoris consensu, ordinaretur; qui statim facti

facti culpam per nuncios deprecatus est, & in clerum, & populum Romanum reiecit, qui sic fieri voluisset. At pius princeps electionem ratam habuit, populum interim & clerum Romanum grauiter admonuit, maiorum instituta seruanda esse, cauerent ne deinceps maiestatem laderent.

6 Quo iure ergo potestatem eligendi & ordinandi Hierarchiam Romanam, sibi sumpserunt Cardinales? eo scilicet, quo Canonista aiunt Papam esse solem & luminare maius, Imperatores autem esse luminare minus, quod lumen suum à sole mutuatur & recipit. Primus qui intemperatum, & sacrosanctum ius Imperatoris inuasit, fuit Hadrianus tertius: is, ut testatur Platina in eius vita, tanti animi fuit, ut initio sui pontificatus statim ad senatum populumque Romanum retulerit, ne in creando Pontifice Imperatoris auctoritas expectaretur; quod quidem institutum à Nicolao primo tentatum potius quam inchoatum fuerat. Itaque decretum ne in posterum in Papa electione, & aliorum Episcoporum institutione Imperatoris vel laicorum principum auctoritas spectaretur, cap. Nullus, 63. distinct. Deinde Nicolaus secundus decretum promulgauit, quo Imperatoribus ius confirmandi Papam omnino ademit, tantumque ualuit eius potentia, ignauia & superstitione Imperatorum aucta, ut non solum antiquo iure exciderint, sed litem mouerit in eos Hierarchia Romanus, quod nisi eius auctoritate confirmetur, imperatores dici vel haberi non debeant: & deinceps spoliato Imperatore, Ecclesiam ipsam suffragiorum libertate priuauit, electoresque sibi constituit Cardinales, contra Dei uerbum, Apostolorum exemplum, patrum canones, & Ecclesie primitiue usum.

## C A P. IIX.

- 1 De causis institutionis diaconorum, necnon hypodiaconorum, & Archidiaconorum, & de illorum officio antiquo.
- 2 De moribus diaconorum, & quomodo ab Ecclesia primis seculis eligerentur.
- 3 Tria essentialiter necessaria in electionibus Ecclesiasticis.
- 4 De additamētis superstitiosis in electionibus & ordinationibus quæ fiunt in Papatu; & de corrupto ordine Archidiaconorum.

**D**iserte docet secundum exemplum electionis Ecclesiasticae, quod in deligendis septem diaconis luculenter exprimitur Act. 6. exemplo superiore etiam clarius & euidentius, de quo antequam dicam, de origine diaconorum aliquid dicendum est. Crescente multitudine discipulorum,

murmur ortum inter pauperes, quod non omnium eadem cura ab Apostolis ha-  
 beri poterat. Illi, ut ministerium suum, immune redderent à suspitione iniusta  
 administrationis, & proprio prædicationis officio commodius fungerentur,  
 diaconos ab omni Ecclesia institui curarunt. Ut ergo ex malis moribus bonæ  
 leges orta sunt, sic ex murmure pauperum originè duxit ordo diaconorū; quo-  
 rum alij ministrabant eleemosynas, alij pauperibus ægrotis curandis incumben-  
 bant, de quibus Apostolus ad Romanos 12. Qui distribuit, inquit, cum simplici-  
 tate, qui miseretur cum hilaritate. In hunc etiam ordinem cooptata sunt vi-  
 dua honesta, quæ in historia Ecclesiastica Diaconissæ vocantur, nō minores an-  
 nis sexaginta, quæ in coniugio honestè vixissent, operibus bonis & honesto te-  
 stimonio ornatae, iuniores reiciebantur, 1. Timoth. 5. Hæc functio Diacono-  
 rum instituta fuit in perpetuum, & est Ecclesiæ necessaria & utilis. Ut enim  
 Deus olim legem tulerat, Deut. 15. Ne pauper esset in Israel, sic Christus ait,  
 Ioan. 12. Pauperes semper habetis vobiscum, me non semper habebitis. In Ec-  
 clesia igitur Israelitica prohibitum, ne mendicæ per plateas vagarentur, & dis-  
 tribuebatur singulis prout cuique opus erat: sed à Christianis tempore Aposto-  
 lorum singulari charitatis & cōmunionis piæ exemplis pauperibus succurreba-  
 tur. Agros enim & domos proprias vendebant, pretiaq; rei vendita ad pedes  
 Apostolorum deponebant, Act. 5. Ordo diaconorum distributionem curabat,  
 qua politia multis de causis necessaria fuit. Ne enim ex fidelium charitate &  
 cōmunionem feruētissima captaretur, occasio Platonicæ cuiusdam cōmunionis,  
 in qua Meum & Tuum non audiat, ordine opus fuit in distribuendis  
 & erogandis eleemosynis. Possidebat unusquisq; quod suum erat: collecta  
 vero fiebant primo quoque die hebdomadæ, quæ distribuebantur viduis, ægro-  
 tis, egenis, & peregrinis. Qua de re Apostolus 1. Corinth. 16. Primo, inquit,  
 quoquo die hebdomadæ unusquisq; vestrum apud se reponat, recondens quod  
 pro Dei benignitate licuerit, ne cum venero, tunc collecta fiant: & hæc eleemo-  
 syna extraordinaria dicebantur. Iustinus Martyr de illis in suo Apologetico  
 secundo testatur, morem hunc seruatum esse in Ecclesia suo tempore, ut die  
 solis, qui à pijs dies Dominicus dicebatur, post verbi Dei & sacramentorum  
 cōmunionem, quisq; pro facultatum ratione & arbitrio aliquid conferret,  
 quod postea Antistes distribuebat pauperibus supra commemoratis. Habeba-  
 tur etiam ratio non tantum præsentium, sed etiam absentium pauperum. A-  
 chaia enim & Macedonia Ecclesiæ contulerunt in usum egenorum, qui erant  
 Hierosolymus, Act. 15. In distribuendis vero eleemosynis, prouide, iuste, & sapi-  
 enter

enter omnia fiebant, discernabantq; validos mendicantes, ventres otiosos, & impossiores, quibus etas nulla caruit. Nam, ut ait Tertullianus in suo Apologet. ex arca eleemosynarū non epulis, nec potaculis, nec voratricib. dissipatur, sed egenis alendis humanisq; & pueris, & puellis re, & parentib. destitutis, etate domitis senib. item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis, vel in custodiis alumni Christiana professionis fierēt, quos Apostolus domesticos fidei nominat, & eorum imprimis habendaratio est: nec frustra eleemosyna à doctolibus Ecclesia vocatur Agapes fratrum, quod à fratribus erogata, fratribus imprimis sint distribuenda. Politia insignis erat in pauperibus domesticis, & peregrinis alendis. Vnaquaq; enim Ecclesia suos alebat pauperes pro viribus; quasi pares non erant, à ditioribus Ecclesiis in synodo auxilium petebat; hacq; politia, occurrebatur, ne pauperes huc & illuc discurrerēt. Quod si quis ab vna Ecclesia ad aliam migrasset absq; literis testimonialibus, ad Agapem non recipiebatur. Non dabantur vero hæc testimoniales literæ pauperibus, ut ex vna Ecclesia in aliã migrarent, nisi iustis & grauissimis de causis. Et hic ordo tempore Concilij II. Turonensis viguit, ut eius acta testantur. Deniq; in functione Diaconatus, omnis ambitio amouebatur; & Hieronymus ad Eustochiū eos grauius arguit, qui laudem humanam ex distributione eleemosynarū venantur. Cum manum, inquit, egenti porrexerint, buccinant; cum ad Agapem vocauerunt, præco conducitur. Caterum cum ad Agapem diligenter obeundam diaconi in Ecclesia veteri non sufficerent, propter pauperum multitudinem, designati sunt hypodiaconi, Diaconorū administri, quibus postea ut diaconis nonnullæ partes in docendo concessæ sunt, quod Episcopi & Presbyteri rari tunc essent, & Ecclesia per vniuersum orbem, singulari Dei beneficio crescerent. Cyprianus in epistolis huius rei sæpius meminit, & lib. 3. epist. 22. Optatum subdiaconū testatur suo tempore in Ecclesia docuisse. Deinceps ut testatur Hieronymus in epistola ad Nepotianum, Archidiaconi instituti sunt, quorum munus fuit prospicere, ut quidam volunt, ne quid detrimēti caperet ararium Ecclesiasticum; cæpitq; hic ordo eo tempore, quo ex liberalitate principū Ecclesiis possessiones sunt concessæ, quas Archidiaconi curabant, ne quid fraudi in prouentibus committeretur. Quidam existimant Archidiaconos fuisse eos qui in Ecclesia veteri Christiana Chorepiscopi dicebantur, de quibus postea suo loco dicam. Sed huic opinioni reclamant Concilia, quæ de Archidiaconi & Chorepiscopi ordine distincto, dilucide testantur.

2. Nunc videamus, quibus moribus præditi esse debeant Diaconi, & quo-

modo ab Ecclesia eligantur. Diaconi, ait Apostolus, 1. Timoth. 3. non sint vino nimium addicti, non bilingues, non turpis lucri cupidi, sed honesti, coniugem, liberos & domum honestam alant, tenereq; illos imprimis oportet mysterium fidei cum pura conscientia, id est, doctrinam Evangelicā, ut semper parati sint, si ita res ferat, fidei rationem reddere, eamque sanguine suo obfirmare: in distributione etiam eleemosynarum, pauperes ad Dei timorem cohortari tenentur: & ut verbo omnes virtutes Diaconorum complectar, pleni Spiritu sancto & sapientia sint, qui huic negotio proficiuntur. Celebratur imprimis Act. 7. Stephani diaconi primi diuina virtus & doctrina, ad cuius typum componere se debent, qui ad hoc sacrosanctum munus obeundum vocantur: imprimis hæc attendant illi, qui suo suffragio Diaconos eligunt, & Ecclesiis absq; defectu obtrudunt. Nam ad electionem eorum quod attinet, attendenda est oratio duodecim Apostolorum ad multitudinem. Dispicite igitur fratres, inquit, viros ex vobis probatos septem, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos proficiamus huic operi, hicq; obiter notandum verbum  $\kappa\alpha\tau\alpha\ \tau\eta\sigma\ \rho\eta\mu\alpha$ , verbum esse auctoritatis & approbationis politicum. Quare cum illa oratio placuisset coram multitudine, vniuersi discipuli septem diaconos elegerunt. statueruntq; coram Apostolis, & cum precati essent, imposuerunt eis manus.

3 Ex quibus ponimus tria in electionibus rectorum Ecclesia esse obseruanda, non aduentitia quadam circumstantia, sed essentiali forma imitanda, nisi velis ipsam Ecclesia politiam funditus euertere. Essentialem formam voco, quod penes Ecclesiam suffragia fuerint, quodque collegium Apostolorum retulerit ad Ecclesiam. Ecclesia elegit suffragiis, sed auctoritas præcipua Apostolorum fuit, qui nempe primarij suffragatores fuerunt, & electos diaconatui præferunt: ut enim supradixi, democratiam in Ecclesia Deus non constituit: & sapienter in Concilio Laodicensi cap. 13. prospectum fuit, ne turbis electio concederetur. Non enim multitudinis arbitrio Apostoli commiserunt ea, quæ pietate & auctoritate sua erant temperanda. Comititia certe fieri non debent, in quibus viritum populo concessum sit eligere quos voluerit: & sublata fuerunt merito propter ambitum & seditiones, quibus non semel plebs tumultuata est. Propterea prudenter in quibusdam Ecclesiis constitutum, ut rectores earum primi, certum numerum proferant personarū, ex quo postea eligantur communi omnium, vel expresso vel tacito consensu illi, qui aptiores videntur ad Ecclesia ministerium obeundum. Nec obstat quod à nonnullis contra differitur, pleraque temporibus Apostolorum facta, quæ postea deserunt, præfer-

*praesertim à tempore Constantini Magni & aliorum piorum principum, qui  
 diuersam in electionibus Ecclesiasticis formam instituerunt. Etsi enim in Ro-  
 mana & Constantinopolitana Ecclesia Episcopus interdum illi nominarunt,  
 & confirmarunt, vota tamen ordinis Ecclesiastici & plebis non excluderunt.  
 Quod autem praecipuum uctum sibi retinuerunt, id iure optimo fecerunt.  
 Magistratus enim Christianus, Ecclesia custos & nutritius, membrumque  
 nobilissimum est, ut postea videbitur. Mutatio uero quae in circumstantiis  
 locorum temporum & personarum facta est, politica est adscribenda, quae in  
 rebus adiaphoris, non tantum recipit, sed exigit interdum mutationes: for-  
 mam uero essentialem tollere, nihil aliud esset quam Dei, Apostolorum, primi-  
 tiuag, Ecclesiae sacras leges eneruare. Alterum, quod diximus necessarium, est  
 inuocatio, eaq; pura in nomine Iesu Christi, eiq; Ecclesia ieiunium adiunxit,  
 cum Paulus & Barnabas ex Spiritus sancti praecepto segregati sunt, & ad pra-  
 duationem Euangelij missi, Act. 13. Quod etsi in diaconorum electione non  
 fuit usurpatum, frequentissime tamen ab Apostolis & Ecclesia primitiua ob-  
 seruatum: oratio uero pura, necessaria omnino est; & qui secus faciunt, electio-  
 nes quantum in ipsis est, prophanant, & irritas faciunt. Postremo xepodecia,  
 necessaria est, qua electus Deo & Ecclesiae consecratur. Designatus enim ad  
 Ecclesia ministerium, hoc ritu admonetur se ad opus Domini separari, & è re-  
 liquo populo ad Ecclesiae curam, Dei ipsius manu quasi decerpi, ut iam non am-  
 plius se sui iuris esse sciat, ut agat quod uisum sibi fuerit, sed à Deo ad opus  
 suum segregatum. Sic Paulus Timotheum cum ad omnes officij sui partes dili-  
 genter obeundas adhortatur; huius impositionis manuum meminit, atq; mo-  
 net, ne prouinciam negligat quam per impositionem manuum presbyterij ad  
 prophetandum accepisset. Hic etiam ritus ante legem latam ab Hebraeis fuit  
 usurpatus. Iacob enim benedicturus Ephraimo & Manassa, eorum capitibus  
 manus imposuit, Gen. 48. Sic Moses manus imposuit Iosuae successori suo, Nu-  
 mer. 27. Sic Leuitae per manuum impositionem, inaugurabantur. Hanc mysti-  
 cam ceremoniam Christus Matth. 19. retinuit, in fausta precatone pro pue-  
 ris facta; Samaritani per impositionem manuum Petri & Ioannis, Spiritus san-  
 cti fiunt participes. Quam uero religiose usurpata sit ab Ecclesia, restatur Leo  
 epist. 9 ad Diaconum, Ecclesia Alexandria Episcopum: Nam, inquit, praeter  
 auctoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica nouimus venire doctrina, et-  
 iam sacra Scriptura manifestat, quod cum Apostolus Paulum & Barnabam ex  
 praecepto Spiritus sancti mitterent ad Euangelium praedicandum, ieiunantes  
 & orantes imposuerunt eis manus.*



4 Hoc Leonis testimonium cito, ut omnes videant quam turpiter sacra hæc caeremonia deprauata sit à Romanensibus, per additionem chrismae, rasuræ, crucis, lineæ vestis, & cereorum, quorum Leo nullam facis mentionem, quæ si dicant tunc in diaconorum & aliorum Ecclesiæ ministrorum institutione fuisse usurpata, sed à Leone non commemorata: id si persuadere volunt, necesse est, ut probent idoneis testibus. Ex vulgata enim iuris regula, Ei qui agit, incumbit onus probandi. Constat autem ex Eusebio Casariensi & aliis Græcis scriptoribus, Ecclesiam orientalem multis seculis illis ritibus caruisse, satisque sit docuisse Apostolos Christi, in diaconorum ordinatione, illis superstitionibus abstinnisse. Quam vero impie sacrosanctam diaconorum institutionem deprauarint, infinitum esset dicere. Non enim Ecclesiæ votis eos eligunt, sed vnus creantur Hierarcha arbitrio, officia circa pauperes nulla exercentur à diaconis; totaque hæc functio in superbiam cardinalitiam conuersa est, vel in theatricam Missæ actionem, in qua Diaconus Euangelia decantat, quæ nec à præcone, nec ab auditore intelliguntur; Subdiaconi oblationes populi colligunt, quæ inter plures postea Simoniacos, non in pauperes diuiduntur. Adhæc, suis diaconis matrimonio interdixerunt, contra expressum Scripturæ sacræ canonem, primorum etiam conciliorum constitutionem. Denique, Archidiaconorum ordo, quem supra dixi in Ecclesia constitutum fuisse, certis & non omnino contemnendis rationibus, quam inordinatus sit, nemo est experientia aliqua præditus, qui ignoret: sua querunt, non quæ pauperum, curant ut canon Missæ emendetur, si sint in eo defectus, ut oleum, chrisma, & numen panis custodiantur sub sera, ut omnia ornamenta & suppellectilia templorum scriptis mandentur. Quam vero tyrannidem à multis seculis exercent in sacrificulos sibi subditos, Concilium Cabilonense commemorat cap. 15. illis enim dominantur, & census imperant; in visitatione Ecclesiarum quas lucri causa lustrant, immoderato sumptu graues sunt, & veluti hircines alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt.

## CAP. IX.

- 1 De presbyteris Ecclesiæ primitiua, & officio illorum tum in verbi Dei prædicatione, tum in disciplinæ administratione.
- 2 Presbyterorum munus disciplinæ incumbendum, sublatum in Ecclesia militaria præsulum.
- 3 Qualis presbyter Ecclesiæ esse debeat.
- 4 Ecclesiæ suffragiis eligendi presbyteri, & refutatio argumentorum quibus vni & alteri hæc potestas tribuitur.
- 5 Refelluntur ordinariorum argumenta, & probatur Magistratum præcipuum esse Ecclesiæ membrum, & ad eum curam Ecclesiæ pertinere.
- 6 Etiam si principes suo officio erga Ecclesiam non fungantur, non sequitur clauis Ecclesiæ ad sacerdotem vnum pertinere.
- 7 Solutio obiectionis, ab exemplis Melchisedeci & Aaronis.
- 8 Cur Ecclesia primitiua vsa non sit vñctionibus in ordinatione pastorum, presbyterorum & diaconorum.
- 9 Primi Imperatores vsque ad Iustinum, & reges Galliæ primæ stirpis Christiani omnes, vñcti non fuerunt: & de abusu vñctionis.
- 10 De Ecclesiæ doctoribus Theologis: Hebræam linguam omnium antiquissimam, & doctrinam sacram in Academiis profitentibus.

**E**ritium exemplum electionis ecclesiastica legitur Act. 14. in electione & ordinatione presbyterorum, quos Apostoli non proprio arbitrio, sed suffragiis Ecclesiæ per singulas ciuitates crearunt. Presbyteros Græci, Latini Seniores vocarunt; ab ætate, quæ in illis matura esse debet; meritoque in Ecclesia veteri cautum, ne ante annos triginta presbyteri ordinarentur, quod hæc ætas plena & robusta ad omne sapientiæ & disciplinæ exercitium sit idonea. Gloria quidem senum canicies, ait Salomon Prouerb. 10. At quæ est hæc canicies? non ea quæ præter pilos albos, habet nihil, sed vera canicies prudentia est. Vixerunt ab Adam vsque ad Abraham, homines nongentos & amplius annos, nullusque alius presbyter vel senior dictus, nisi Abraham primus: & illi quos Moses & Apostoli ad Ecclesiæ gubernationem elegerunt, qui non ab annorum numero, sed a sapientiæ, & rectæ administrationis officio presbyteri sunt denominati. Duæ vero species presbyterorum in scripturis leguntur: Vna eorum qui Euangelium annuntiabant, & precibus incumbebant, & vocantur a Paulo Act. 20. Episcopi, a Spiritu sancto constituti ad pascendam Christi Ecclesiam. Cyprianus etiam lib. 3. epist. passim testatur, presbyteros sui temporis in templo vnâ cum Episcopo presbyterorum primatè, sacram doctrinam docuisse. Altera fuit eorum qui pastoribus erant coniuncti,

in disciplina administratione, de quibus cap. 12. ad Romanos Apostolus meminit: Qui praest, inquit, cum diligentia, & 1. Corinth 12. diserte mentionem facit gubernationum. Denique ne qua dubitatio subsit, 1. Timoth. 5. sic munus presbyterorum distinguit. Qui bene praesunt (inquit) presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime ii qui laborant in sermone & doctrina.

2 At presbyterorum munus disciplinae incumbentium, malitia & ignavia praesulum fuit oblitteratum. qua de re Ambrosius in epist. primam ad Tim. cap. 5 scribit Synagoram, & postea Ecclesiam seniores habuisse, quorum sine consilio nihil agebatur in Ecclesia, quod qua negligentia obsoleverit, nescire se ait, nisi forte doctorum desidia aut magis superbia, dum soli volunt aliquid videri. Id vero quo artificio factum fuerit, opinor, nisi me fallit coniectura, deprehendisse ex distinct. 93. c. Diaconi in quo diaconis hoc tribuitur, ut sint tanquam oculi Episcopi, oberrantes & circumlustrantes actus totius Ecclesiae, & perscrutantes diligentius si quem videant vicinum fieri praecipitio, & proximum esse peccato, ut referant haec ad Episcopum, & commoneri ab eo possint, qui in praecipitium lapsus est, uti reuocetur, & non corruat in peccatum. Quis quaso verbi Dei & antiquitatis ecclesiasticae peritus, nescit haec non ad diaconi, sed presbyteri officium pertinuisse? Tributa sunt igitur diaconis presbyterorum partes? Cur ita? ut scilicet presbyteri proprio officio destituti pedetentim abrogarentur, & sic collaberetur Apostolica & veteris disciplinae exercitatio. Audiamus vero quid praeter ea quae dicta sunt, adscribatur diaconis in epist. prima Clementis ad Iacobum fratrem Domini: Negligentiores quoque, inquit, & eos qui rarius ad audiendum verbum Dei accedunt, nec solliciti ad Episcopi tractatum conveniunt, ipsi commoneant & hortentur. At haec est senioris Ecclesiae cura, qui ut ararium Ecclesiasticum ad Diaconi curam pertinens non administrat sic diligens est in cohortationibus & admonitionibus erga eos qui verbi Dei praeconium negligunt aut contemnant. Itaque non immerito Ambrosius conqueritur Seniores Ecclesiae Christianae per superbiam praesulum, & ambitionem antiquatos fuisse, quorum restitutio ab Ecclesiis multis in Germania, & aliis locis repetita est, quod utilis, quod necessaria ad disciplinam Ecclesiasticam promovendam & imprimis idonea ad Hierarchiae Romanae tyrannidem profligandam. Seniores enim non oculi tantum sunt pastorum, ut ad eos referant quae ex usu Ecclesiae sunt, sed eius Irenarchae dici possunt, ad conciliandos animos civium civitatis Dei, antequam sacrae synaxi communicent; aberrantes enim in meliorem viam reuocant, imprimis autem attendunt cum  
vigilant

vigilantissimis Pastoribus, ne heresibus, contagioneque malorum Ecclesia salus periclitetur, & ut ordine fiant omnia, in verbi Dei & sacramentorum administratione. Ecquis sine mœrore cogitare poterit de perturbatione huius ordinis facta in Papatu? Seniores enim & presbyteri qui olim doctrina & disciplina incumbēbat, nunc in ea Ecclesia quæ se Catholicā dicit, facti sunt Officiales, Pœnitentiarii, Decani, Canonici, procuratores in foro cōtentioso, Datarii, Bullistæ, Copistæ, Curiones, Vicarii, Capellani, & ne quid deesset ad summum scelus, Sacrificuli, creantes & immolantes quotidie corpus Christi, & Missas celebrantes pro viuis & mortuis facti sunt, inquam, ad quæstum turpem & rerum sacrarum nundinationem exercendam. Non enim tam Ecclesia quam calata pecunia rationem habet, & pietatē post nummos quærendā esse censent.

3 Qualis autem presbyter Ecclesiæ Christianæ esse debeat, docet Apostolus ad Titum, cap. 1. Si quis inculpatus, inquit, iuxta illud: Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum; vnius uxoris vir, non quod ab hoc munere excludatur illi qui continentia dono præditi sunt, sed quia rarissimum est, eius sit mentio, qui in matrimonio vnius uxoris, honeste viuat, & liberos habeat non obnoxios luxui aut crimini, qui sit hospitalis, bonorum amans, cōsultus, iustus, pius, temperans. At ut ista dicantur de presbytero qui doctrina incūbebat, non minus tamen quadrat illi qui disciplinam Ecclesiasticam sit administraturus. Nam si ex præcepto Domini, qui præficiebantur Reipub. Hebræorū, viri fortes, timentes Deum, veraces, fugientes auaritiā deligebantur, multo magis tales esse debēt presbyteri qui ad Ecclesiæ Christianæ administrationem deliguntur, quibus olim, & docere Ecclesiam, & disciplinam exercere, commune officium fuit cum Episcopis, qui ut per omnem vitam Episcopatu, id est docendi & Ecclesiam recte administrandi muneri incumbēbant; sic presbyteri doctrina & disciplina exercende dabant operam, quam diu superstites erāt. Id vetus canon confirmat, quo statuitur, Ne bis presbyter ordinetur, & ne quisquam bis baptisetur. Ordinatio enim est perpetuæ functionis consecratio quem admodum baptismus, perpetui fœderis cum Deo initi, est testificatio. Quod obiter noto, ut si hanc functionem in Ecclesia postliminii iure repetere dignè velimus, ea etiam attendamus quæ decet, ne ex lacuna vnam aliam incidamus.

4 Quæcum ita sint, de tertio exemplo electionis ecclesiasticæ dicendum est; de Paulo & Barnaba, quos initio huius capituli dixi, non solum tantum sed Ecclesiæ suffragiis presbyteros instituisse. Id enim denotat verbum *ἡγορευθησαν*, ortum à Græcorum moribus, apud quos porrectis manibus suffragia ferēbantur. Sed his opponitur Paulus 1. Timoth. c. 5. Ne cuiquam, inquit, manus subito

imponas, id est ne temere quosvis ad ecclesiasticam ullam functionem admittas. Ibi enim Timotheo Antistiti tribuitur inauguratio, vel ordinatio eius qui ab Ecclesia antea fuerat electus; neque id sit noua aut inusitata phrasi, imo omnibus linguis communi: sic Consul Roma, nouos creasse magistratus dicebatur, quod in comitiis suffragia recepisset, & populum moderatus esset in eligendo, non quod penes ipsum eligendi sola potestas resideret. Ex tribus etiam exemplis superioribus satis intelligitur, non penes unum Timotheum fuisse omnem eligendi potestatem, sed facta ex Ecclesia suffragiis electione, tum demum partes eius veluti praesidis fuerunt, nomine Ecclesiae per manuum impositionem consecrare electum Domini. Sapienter vero Paulus illum admonet, ut pro virili enitatur, ne absque probato doctrina & morum testimonio, quisquam ad sacrosanctum ministerium admittatur, quod admonendo, & sua autoritate ceterum moderando impetrare facile poterat. Locus ad Titum cap. 1. qui citatur in contraria sententiam; Huius gratia reliqui te in Creta, ut reliqua corrigas, & oppidatim constituas presbyteros, alienior est ad hanc questionem. Nam supra dictum est rationis verbum, esse politicum, non pro electione, sed electionis approbatione, cum electus velut in possessionem iret electionis facta communibus Ecclesiae suffragiis: deinde Apostolus regulam quam in omnibus ecclesiasticis electionibus seruauerat, addit his verbis; quemadmodum ego tibi praecepi. Timotheus igitur & Titus creantur, sed via electionis ordinaria, non priuato arbitrio: neque dicendum priuilegio id ipsis concessum esse a Paulo, quod ipse nunquam usurpauit; & absurdum esset dicere doctorem plus concedere discipulo, quam ipse sibi sumpserit, aut discipulum regulam doctoris transgressum fuisse. At doctor Gentium ex Ecclesiae suffragiis Episcopos creauit, eadem regula creantur ceteri Apostoli eorumque administri, neque de communi Ecclesiae iure & libertate imminuerunt. Electionis autem forma ista Apostolica, ab Ecclesia Christiana multis seculis postea fuit usurpata. De ordinatione clericorum ait Cyprianus, epist. 5. Solemus ante vos consulere (presbyteros & plebem adloquitur) & mores, & merita singulorum communi consilio ponderare. Qui praefuturus est omnibus ait Leo 1. ab omnibus eligatur. Qua de re Epistola 89. ad Episcopos Viennenses copiose differit, cuius haec summa est: Vota ciuium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, clericorum suffragia, in electionibus esse necessaria. Idem confirmat Celestinus Papa epistola 2. ad Episcopos Galliae: Cleri, inquit, plebis, & ordinis consensus, & desiderium in electionibus requiritur: denique nota est iuris regula, qua ait, Quod omnes tangit,

tangit, debet ab omnibus approbari. Constantinopoli ad Paleologorum Imperatorum tempora permansit hæc electionis forma, ut saluo principis iure, cum Ecclesiasticorum & plebis consensu Ecclesie rectores eligerentur.

¶ Falsissimum enim quod Ordinarii Romanenses dicunt, penes Regem non esse ministros Ecclesie eligere, & per consequens, esse penes sacerdotē. Principum enim officium est curam politica ecclesiastica suscipere, & in eius cultu antesignanos populo se præbere: neque frustra admonentur à Propheta ut Deo seruiant in timore; quod etsi omnes præstare teneantur, magna tamen interpretatum hominem, & Regem differentia est, in cultu Religionis pie obseruando. Magistratus enim non modo nomen Dei profiteri, & pie vitam suam instituere debet, quæ sit populo aculeus ad Dei timorem, sed cum sit utriusque tabula custos, gloriam Dei promouere, Ecclesiamque bonis & doctis pastoribus ornare tenetur: est enim ciuitatis Dei membrum præcipuum & nobilissimum. Neque obstat quod antagonista aiunt, Imperatoris esse imperium, Regis regnum, Magistratus Rempublicam administrare. Satis enim non intelligunt quid imperii, quid regni, quid Reipublicæ nomine comprehendatur. Imperium enim, Regnum, Respublica in se continet Ecclesiam, & non Ecclesia Imperiū, regnū aut Rempublicam. Summa quidem iurisdictio Magistratus est & officium, Rempublicam recte administrare, ac politica curare: sed cum Reipublicæ luminare maius sit Ecclesia Christi, pii est magistratus curare, ut omnia fiant in ea ad Dei gloriam, & communē adificationem. In hanc laudabilem, & verè regiā curam tota mente, & pietate incubuit Iosias rex Israelis, cuius præcipua gloria fuit idola falsorum deorum prosternere, legitimum Dei cultum stabilire, obliueratam, & obliuione deletam legem Domini, populo proponere. Quin ad istam curam Deus exteros etiam reges appellauit, ut Cyrum & Artaxerxem, quorū auspiciis tota Mosis nomothesia instaurata est. Quid igitur, Christiani principes Ecclesie politiam non curabunt? contra testantur imperatorum Christianorum de politia Ecclesiastica Constitutiones. Constantinus Magnus edicto publico templa idolis consecrata occlusit, edixit de libertate religionis Christianorum, & eius doctoribus stipendia constituit. Donatistis & Caciliano Episcopo inter se de religione disceptantibus indices præscripsit: Ecclesias multas fundauit, tam in orientali quam occidentali imperio; legem tulit ut quisque clericis bona relinquere posset, quibus ad ministerii functionem alerentur, propter que heresim Arrianam excitatam in Aegypto, Nicanum concilium conuocauit, ac Ecclesie Constantinopolitane patriarcham præfecit. In Theodosiano vero

Codice infinita leguntur leges ad politiam Ecclesie pertinentes. In finibus edixit Episcopis ut statuto tempore carceres publicos lustrent, & perscrutentur a reis, quibus de causis in carcerem sint coniecti; utque iudices ex imperiali auctoritate moneant de iure dicendo, & pie administranda iustitia; Episcopos iubet in suis Episcopatibus residere, illis aula interdicit nisi vocati fuerint; prohibet ne cultus Deo debitus alibi quam in templis exerceatur. sub proscriptiois poena adium, in quibus secus factum fuerit, & depositionis presbyteri, qui sacra administrasset. Quid ad haec dicent Canonista Hierarchie Romanae advocati? an non Principes supra commemorati politiam Ecclesie curarunt? an non ipsis cura fuit non modo rerum humanarum sed etiam diuinarum scientia?

6 Respondent: bonorum principum imaginem anulo insculpi posse, quod rarus sit numerus eorum qui pietatem coluerunt. At historia sacra testatur in crassissimis mundi tenebris, Deum delegisse omnibus seculis principes multos gloriae diuinae, sacrae doctrinae, & politiae ecclesiasticae studiosos, quales fuerunt Iosephus in Aegypto, Nabucadnezar & filius eius in Chaldaea, Darius in Media, Cyrus in Persia: in regno Israelitico Dauid, Salomon, Iosaphat, Ezechias; in Republica Hebraeorum Iosua, & multi alii iudices praecleari: in imperio Christiano, praeter commemoratos Iouianus, Valentinianus, nec non infiniti alii principes Christiani, qui Ecclesiae curam susceperunt. Sed etiam si, quod Deus auertat, omnes quotquot sunt in orbe proceres, Maxentii, Maximini, Licinii, Constantii, Arriani, Iuliani Apostatae vestigia sequerentur, non propterea ius ecclesiasticae electionis ad solum sacerdotem pertineret. Ecclesia enim clauis a Christo accepit. Ut enim in ciuitate libera speciales & temporarii Magistratus sunt ab vniuersali & perpetuo magistratu, qui ut (ait Aristoteles) ipsa ciuitas est, cuius propria capita fuerunt, semper de iure legum, & de Magistratibus rogandis, vel abrogandis, & deficientibus temporariis magistratibus, manet tamen ciuitas, & ius suum illibatum retinet quamdiu ciuitas libertate sua fruitur: sic in ciuitate Dei, quae supremus & aecumenicus est Magistratus, ab ea pendunt rectores speciales & temporarii, quibus demortuis, aut officium non praestantibus, alios substituit; & quamdiu Ecclesia Christi in orbe erit, tamdiu ius quod a Domino accepit, eodem vindice sibi vindicabit. Experitur quidem illa tum ab externis tum ab internis hostibus vicissitudines multas, sed ut praecclare, ait D. Augustinus, Luna similis est, in qua interdum decrementa, interdum incrementa conspiciuntur, ex oppositione: nihilominus illa suam seruat perfectionem & plenitudinem, inferioraque omnia opposita sibi subicit.

eit. Itaque frustra Hierarcha Romanus Ecclesie Christi se opponit, & conatur eius iura in rectoribus ecclesiasticis instituendis vel destituendis imminuere.

7 Exempla quae contra adferuntur, Melchisedeci, qui Abrahæ benedixit, & Aaronis, qui Leuitas instituit, ad rem non faciunt. Melchisedecus enim ἀπαύτως & ἀμύκτως, typus aeterni in Christo sacerdotii fuit: falsum vero est, quod Aaronem solum Leuitas creasse existimant. Leuitica enim tribus à Deo immediate ad sacerdotium designata fuit, ut est Num. 3. obseruandumque: utrumque & Leuitam & sacerdotem in conspectum vniuersa Ecclesia productum fuisse, ut ab ea examinarentur, & approbarentur. Ita Deus in publicis populi ministris, publicum etiam populi iudicium intercedere voluit. Sic enim de Aarone & eius filiis Leuit. 8. scriptum est: Loquutus prae terea est Iehoua ad Mosem, dicendo, Tolle Aaronem & filios eius cum illo, atque omnem cœtum congrega ad ostium tabernaculi Ecclesie, denique Moses Aaronem vnxit cum liberis & consecrauit. De Leuitis autem productio ad populum, sic est Num. 8. Tunc offeres Leuitas coram tabernaculo Ecclesie, & congregabis omnem cœtum filiorum Israelis, offeres (inquã) Leuitas coram Iehoua, & cõiungēt filii Israelis manus suas super Leuitas. Hic igitur Leuitarum est productio, & quaedam per impositas populi manus in auguratio, qua species electionis vel cõfirmationis esset, & sic deinceps interpretatus est Cyprianus, ut antea vidimus.

8 His cum se includi sentiunt cancellis hierarchistae, querunt cur Apostoli vnctionibus non sint vsi in presbyterorum & diaconorum ordinatione? ego vicissim ab illis quero, cur contra Apostolicam & Ecclesie primitiuae normam vnctiones Iudaicas vsurpent in sacerdotum consecratione? item, cur Hebraicis ritibus, Ethnicorum caeremonias addiderint, & coniunxerint? item cur ex traditione non scripta, vana, curiosa, & superstitiosa, pugnent contra traditionem verbo Dei scriptam, veram, solidam, & religiosam? Sed ut illis indulgeam; Respondeo, externam vnctionem symbolum fuisse in Ecclesia Israelitica, gratia Spiritus sancti, a quo in plenitudine cognitionis Dei Christianerant edocendi. Et sic Ioan. epist. 1. cap. 2. interpretatur: At vos vnctionem habetis à sancto illo, et nostis omnia. Externa ergo vnctio, interna vnctionis fuit signum, qua omnes pii, et imprimis Ecclesie Christianae rectores vnguntur: de qua Paulus 2. ad Corinth. cap. 1. sic loquitur: Qui confirmat nos vobiscum in Christum, et qui vnxit nos, Deus est: a Deo confirmatum et vnctum se Apostolus dicit, non oleo Chrismatis, aut quouis alio vnguento. Itaque sublata est a Christo & Apostolis hæc caeremonia, cum multis aliis quae



in veteri Hebræorum sacerdotio usurpabantur, quod umbra essent legates, eorum bonorum quæ per Euangelii doctrinam & Spiritus sancti gratiam, fidelibus communicantur. Ritus ergo mutandi vestes, lauandi corpus, pilos omnes abradendi, oleo sacro & sanguine tingendi, abrogati sunt, & ab illis Ecclesia Christiana pura abstinuit. Extat rescriptum lib. I. Decret. 15. titul. de sacra unctionione, cap. 1. quod Innocentio tertio tribuitur, in quo narratur unctionis ritum in persona Græci Episcopi Bracarensis, qui Romam venerat circa annum 1206. usurpatum fuisse, quod in Ecclesiis Græciæ per annos ultra mille & ducentos nullus eius usus extitisset. Romana vero Ecclesia hunc ritum unguendi repetiit à veteri sacerdotio Hebræorum, non ex præcepto Christi, aut Apostol. exemplo.

9 Ridiculum vero, quod necessarium esse dicunt, Imperatores & Reges Christiani ut ungantur a sacerdotibus. Dicant quo oleo Miltiades vel Syluester Episcopus Rom. Constantinum Magnum unxerit, a quo usque ad Iustinum 2. Imperat. numerantur circiter 20. imperatores Christiani, qui uncti non fuerunt. Iustinus secundus iners & mulierosus, parumque Catholicus, ut Krantzius loquitur, hac caremonia primus usus est. In prima vero stirpe Regum Galliæ recensentur octodecim reges Christianam religionem professi, quos veteres annales non commemorant unctos fuisse. Pipinus Caroli Magni pater primus unctus est a Bonifacio Archiepiscopo Moguntino, fortassis ut sacro oleo purgaretur scelus in Merouingos commissum. Depulso enim Childerico in monasterium, regnum Franciæ, nihil ad se pertinens, inuasit. Carolus Magnus post parentis obitum à Stephano Papa, qui in Galliam venerat, unctus est, iterumque ab Hadriano quarto, cum Rex Italiæ promulgaretur, postremo à Leone tertio, cum diadema Imperii Romani susciperet. Enimvero in veteri testamento ungebatur non solus sacerdotes, sed etiã reges & propheta: sed hæc materialis et visibilis unctio, quæ sub lege ex diuino præcepto usurpabatur, figura fuit interioris unctiois, spiritualis & inuisibilis, quæ ut est Act. 10. unctus fuit Iesus Nazarenus, Spiritu sancto & virtute, hinc Messias & Christus dictus: hinc pii omnes, tam reges quam alii, Christiani, id est uncti dicuntur, quod unctio-nem illam, id est Spiritus sancti gratiam, adepti sint a Deo, qua omnia norunt ad salutem necessaria. Nam cum Deus Pater in filio vere agnoscatur, & in filio sint omnes absconditi thesauri sapientiæ & cognitionis Dei, qui filium nouit, omnia nouit. Hæc ergo est unctio, & ἁγιασμα Regum, & omnium Christianorum, non adeps ille impurus pseudo-Episcoporum Romanorum. Quæro autem ab illis, si unctio-nem externam regibus Chri-

Christianis, æque necessariam esse iudicant, ac fuit, olim Hebræis, cur non seruant ritum vñtionis, qui à capite incipiebat, tam in sacerdotibus, quam in Regibus Hebræorum? cur Reges Christianos in humero, vel in armo, vel in brachio tantum, in capite numquam inungunt? si vñtio visibilis, est inuisibilis sacramentum, vt aiunt, & sedes cognitionis Dei sit in capite, non in brachio, certe caput regum imprimis ungi debuit. At, inquit, translata est à capite in brachium; quia caput Pontificis chrismate consecratur, brachium vero principis oleo delinitur, vt ostendatur quanta sit differentia inter auctoritatem Pontificis & principis potestatem. Putidum sane commentum. Vñtio enim externa cognitionem Dei, pietatem & iustitiã, non potestatem proprie designabat; tantum abest vt auctoritatem Pontificis supra Reges designaret, qua nulla ex præcepto Domini fuit. Quod vero addunt de oleo sancti Rhemigij, quo omnes Reges Gallie vñctos esse volunt, fabula & impostura non caret. Ampullam calitus delapsam esse oleo plenam aiunt, & vt regem vita & sensus deficiunt, sensim oleo defici & destitui: hanc Rhemis monachis solis custodire, & contrectare licet. Nihilominus Ludouicus undecimus, vt spectaret vitæ suæ finem, iussit illam oleosam ampullam ad se deferri; sed reclamantibus monachis, minis, & tandem vi agendum fuit, & delata est ad regem, qui cum ampulla illa nihil certi de vitæ periodo iam iam instanti designaret, nõ sine stomacho illam remisit, & detectus est dolus. Qua de re vide plura apud Beroaldum in Chronico, & alios rerum Gallie scriptores. Quæcum ita sint, desinant à Chrismate ex oleo & balsamo composito, item ab oleo benedicto quo infantes, adolescentes, parietes, campanas, clices, altaria, Episcopos, Presbyteros, Diaconos inungunt; desinant, inquam, à vestibus lineis, holo sericis, undulatis & purpureis, rasuris, anulorum, crucis & cercorum ritibus, in quibus summam electionis Ecclesiastica ponunt, contra Christi, Apostolorum & Ecclesia veteris puræ institutionem: sed imprimis attendant ea, quæ de forma essentiali Ecclesiastica electionis dicta & probata sunt, pudeatq; illos Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum ordines, & officia: imo vniuersam verbi Dei disciplinam in hoc capite, vt in aliis peruertisse & deprauasse.

IO Superest vt de quarta functione doctorum in perpetuum instituta, dicamus. Nomen, Doctoris, late patet in sacris literis. Pastores, n. qui docent in Ecclesia, doctores dicuntur; sed ex cap. 4 ad Ephesios patet, doctorum functionem ab aliis fuisse distinctam. Illi in Ecclesia scripturas interpretabantur, inter quos apud Eusebium celebres sunt Origenes, Pantanus & Clemens; dein-

ceps singulis seculis Imperatores Christiani Academias, id est scholas, instituerunt, in quibus doctores Iurisprudentia & Medicina docuerunt; necnon Theologiae doctores, primum locum obtinuerunt, sicque ab Ecclesia cœtu ad scholam hic ordo translatus est. Olim doctores Theologiae vicem referebant Prophetarum, qui tempore Apostolorum scripturas exponebant; sed quod hi modo extraordinario, virgulaque diuina assequebantur, illi labore & sanctis precibus consequebantur. Munus ergo Theologiae doctorum est, sacras literas interpretari, & in illis inuentum instituire, quae est seminarium Ecclesiae; non in vulgari idiomate, ut solent pastores in cœtu Ecclesiastico, sed Græco, Latino, & Hebræo, quod omnium est antiquissimum & sanctissimum. Antiquissimum esse docet Iustinus Martyr in oratione Parænetica ad Gentes, quod Mosis historia, omnes historias Ethnicorum vetustate sua superet: Sanctissimum vero est, tum quod eo Ecclesiae ortus & progressus, sacrosancta Dei lex, & mysteria nostra salutis descripta sunt, tum quod homo adhuc integer eo idiomate vteretur: postea, ut est Genes. 6. hominum labia confusa sunt, propter Adæ peccatum; sicque, infinita batologia, sacrosancto idiomate illibato, ceteras omnes linguas contaminarunt. Nihil certe in Hebræo sermone superfluum, grauibus dictionibus & literis fecundum, & ut Hebraicum sonat prouerbum, Non est in lege litera una ex qua non pendeant magni montes, id est res excelsæ. Quae obiter noto, ut non modo doctores Theologiae, sed ipsa inuentus ad huius idiomatis studium & amorem, magis ac magis inflammetur: cuius cognitio omnino necessaria est iis, qui docendi munere in Ecclesia funguntur. Præcipua fuit laus Hieronymi, qui indefesso labore, & sumptu non mediocri, Hebræi sermonis cognitionem adeptus est, incredibilesque fructus rediissent ad Ecclesiam Dei, si translata ab eo Biblia sacra, ad posteros bona fide peruenissent. Vulgaris enim editio ab erroribus immunis non est: ac eam Hieronymi non esse, Sebastianus Munsterus docet in sua Præfatione, in libros veteris Testamenti. Quomodo autem Doctores Theologiae eligantur, quomodo probentur, & quibus ornari debeant esse virtutibus, ex legibus scholasticis repetendum est; hoc unum dicam, doctores Theologos, in Academiis non minori pietate & doctrina conspicuos esse debere, quam sunt Pastores in Ecclesia. De illis enim intelligendum est, quod est apud Daniel. capit. xii. Qui, inquit, docti fuerint, subgebut, quasi splendor firmamenti; & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stella in perpetuum. Equidem deplorandum est, hunc sacrosanctum ordinem

in Hierar-

in Hierarchia Romana, tam in moribus, quam doctrina & officio, contaminatum esse. In ea doctorum multa sunt genera: alij Scholastici censentur, alij Canonistæ, alij Monachi doctores: Scholastici, Magistri nostri dicuntur, qui de rebus diuinis speculatiua, quam vocant, Theologia, tanquam Academici disputant in utramque partem, Apud illos omnino exulat lectio & interpretatio sacre Scripturæ, in cuius locum substituerunt *λογωμαχίας*, abominandas, & vanas disputationes, partim absurdas, partim impietatis plenas, nihilq; aliud in tota vita moliuntur, quam argutius spinosisq; disceptationibus verbi Dei simplicitatem implicare. Canonistæ ex canonum Constitutionib. agunt contra scholasticos, & inter illos perpetuum est certamen. Monachi doctores in scholis non versantur, nec in illis Theologia professionem exercent, non sunt etiam certa Ecclesiæ addicti sed vagantes huc & illuc conciones habent; & ad latebras suas redeunt cum visum fuerit. Mores illorum lippis & tonsoribus notissimi sunt; ex quorum contagione perniciofa lues Ecclesiam Christianam inuasit: deniq; ab huiusmodi Magistris, prius discas, semper in Religione Christiana fluctuare, & saxum Tantali, quod dici solet, voluere, quam in Iesum credere, & pie viuere. Sed his omisis, ad reliqua pergamus.

## C A P. X.

- 1 Quid sit Ecclesiæ presbyterium.
- 2 Cur Ecclesiæ presbyterium, Synedrium vel Consistorium vocandum non sit.
- 3 Curiositas damnanda in Ecclesiæ rectoribus.
- 4 An Ecclesiastici tractare possint politica & polemica.
- 5 Potior iuris Canonici pars à iure ciuili desumpta est, & de eius abusu in Papatu.
- 6 Perniciofa fuerunt Papatum consilia de rebus polemicis, vt ex historiarum luce demonstratur.

**E**xpositis functionibus pastorum, diaconorum, & presbyterorum, ex quibus constat Ecclesiæ presbyterium, sequitur vt de eo disseramus. Etsi enim præcipua clauium potestas sit penes Ecclesiam, illa nihilominus per suos agit delectos, qui presbyterij nomine i. Timoth. 5. designantur. Ne contemnatur, inquit Apostolus, donum tuum, quod datum est tibi ad prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Presbyterium ergo collegium est Ecclesiasticum, in quo communi consilio & cura, ea que ad disciplinam pertinent, ordine exercentur ab Ecclesiæ recto-

ribus, de quo dignus est Cyprianus, qui legatur in epistolis, in quibus de Episcopi, Presbyteri & Diaconi communi officio, ad Ecclesiae gubernationem pertinente, frequentem facit mentionem. Tertullianus vero in Apologetico sic scribit: Certe, inquit, fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam preceptorum nihilominus inculcationibus densamus; ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura diuina: nam & iudicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conspectu, summumq; futuri iudicij praedictum est, si quis ita deliquerit, ut à communicatione orationis, & conuentus, & omnis sancti commercij relegatur. Sed ne tumuluaris quidam cœtus is esse credatur; praesident (inquit) probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti. Hunc Tertulliani breuem, & insignem locum descripsi, ut Ecclesiasticae antiquitatis studiosi obseruent, collegium Ecclesiasticum, in Ecclesia primitiua disciplinam exercuisse. In Ecclesiis Orientis ad hunc usq; diem, antiqui presbyterij, vestigia aliqua supersunt. Testantur enim scriptores fide digni, & oculati testes, viri piij & graues qui Constantinopolitanam Christianorum Ecclesiam obseruarunt ante annos decem, Patriarchae Constantinopolitano adiunctos esse viros duodecim eruditos, quos Calogeros, id est senes claros vocant, quorum consilio & opera disciplinam exercet; sed quam praepostere, in Praefatione exposui.

2. Cur vero collegium Ecclesiasticum, Presbyteriũ, Apostolico nomine potius quam Synedriũ, vel Consistoriũ nominem, duae me imprimis rationes mouent. Prima est, quod quidam non satis distinguunt inter Ecclesiasticum Christianorum conuentum, & Hebraeorum synedrium, ad quod vocabatur illi qui in fratrem contumeliosius fuerant, & pro delicti qualitate, multa, carcere, & virgis afficiebantur. At Christianum Presbyterium Synedrij, neq; vincula, neque virgas, neq; multam, aut vllum supplicium exercuit, sed seueritatem illam quae ad corpus & hanc vitam pertinet, ad politicum Magistratum remisit; lenitatis, misericordiae, mansuetudinis, sanandi deniq; & seruandi, non perdendi partes sibi reseruauit. Iudicat quidem interdum, sed pro qualitate peccatorum, alios admonet, alios increpat, ceruicofos & improbos à communionem sacramentorum, non temere; sed cum consilij, & iudicij pondere ad tempus suspendit. Neq; verum est, quod obtendunt nonnulli, Christianos veteris Ecclesiae, Magistratus destitutos praesidio, ciuilia & capit alia iudicia in Consistorio usurpasse. Apostolus, inquit, 1. Corinth. 6. pios reuocat à foro Magistratus iniusti, & dignos ait fideles qui de rebus minimis iudicent, cum mundum

& Angelos sint iudicaturi? Constat etiam Apostolos capitalia iudicia in quosdam pronunciaſſe? falſum inquam eſt, quod ex illo male intellecto loco, & ſimilibus concludunt. Non enim ibi Magiſtratus poteſtas aut iuriſdictio damnatur à Paulo, qui ad Roman. 13. eam commendauit, ſed ad uitanda offendicula, quæ ex piorum litibus oriebantur in Eccleſia Corinthiorum; adhortatur eos ut amicè, & fraternè eas inter ſe diſceptent & concilient, potiusque iniurias & damna perferant, quam iudicio Ethnici Magiſtratus experiri; ex quo communis adificatio Eccleſie ledatur, & extraneis præbeatur offenſionis occaſio: iudicia autem quæ Apoſtoli pronunciauerunt, ultiones fuerunt diuina in eos qui hypocrifi & malitia Deum offenderant, non ſententiæ criminales, quæ minime in preſbyterio diſceptata aut concluſa fuerunt. Altera ratio eſt, quod Hierarcha Romanus, Preſbyterium Conſiſtorium vocat, in quo de cauſis ciuilibus & criminalibus diſceptatur, & ad illud Imperatorum, Regum, & Chriſtianorum omnium capita ſiſtuntur, & iudicantur pro arbitrio. Chriſtus contra, interrogatus de herciſcunda hereditate, iudicium à ſe reiicit. Quis me, ait, conſtituit vobis iudicem aut partitorem? in mulierem conuictam de adulterio, iudicium non tulit. Quid Apoſtoli fecerint, D. Bernardus notat lib. 2. De conſideratione; & reperiri non poſſe ait in Scriptura Apoſtolos unquam ſediſſe, ut iudicium ferrent de ſecularibus; ſtetiſſe ſape coram Magiſtratus tribunali, ut iudicium paterentur, ſape ſe legiſſe in Actis. Portentosa certe res eſt intueri Epiſcopos in foro ſedentes, & cum Magiſtratu politico iudicantes de cauſis ciuilibus, & interdum criminalibus. Quod Roma ab Hierarchia principe fieri, & alibi, nemo eſt qui neſciat. At quo iure id fiat, impriſis quaeritur.

3 Curioſitas in omni hominum genere damnata, ſemper fuit à ſapientibus. τὰ αὐτῶν (ait Plato libr. 4. De Republ.) τὸ ἐξ ἄλλων, καὶ μὴ πολλὰ ἐγχεῖναι δὲ δικαιοσύνην ἐστὶ: iniuſtitia vero non caret ſua negligere, & in alienis negotioſum eſſe. Plerumq; enim accidit, quod eſt apud Poetam,

Excluſus propriis aliena negotia curo.

Pie igitur Apoſtolus, cum ait: Qui militat Deo, non ſe implicat curis ſecularibus; nullaque peſtis accidere poteſt Eccleſie rectoribus capitalior, quam multis rebus implicari, & præſertim iis, quæ ad ipſorum munus non pertinent. Nam functio Epiſcopalis totum hominem requirit; docere populum; exercere diſciplinam, dies noctesque ſacris ſtudiis incumbere, & pro

*Ecclesia salute orare, partes sunt veri Episcopi; aulam seclari nobilis, & cōsiliarij est; tractare forensia, iudicis & aduocati pacis bellig, negotia suscipere, imperatoris & militis. Quid quæso cōmune habet aula cum oratorio, templum cum foro, aut Principis Senatus cum Presbyterio? Id exploratum habuit Imperator Iustinianus, qui Nouella 6. ut antea attigi, edixit Episcopis ut firmiter staret in Episcopatu suo, neve aulam accederent, nisi iussum fuisset. Hanc Iustiniani constitutionem comprobarunt Concilia; & diserte cautum, sub pœna depositionis, ne Episcopus, presbyter aut diaconus secularia curent. Quod ipsi Canonistæ agnouerunt, dist. 88. c. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, nequaquam seculares curas assumat; sin aliter, deliciatur.*

4 *Excipiunt; suum sacerdotem, & Leuitas in maiori Hebræorum senatu, sedisse cum principibus populi, sacerdotemque Heliam, Samuelem, Danielelem, & Machabæos tractasse politica & polemica. Distinctam fuisse in maiori Senatu Iurisdictionem ciuilem ab Ecclesiastica, supra pluribus ostendi, & politia Ecclesiæ Christiana à ciuili, clarissimo Christi & Apostolorum testimonio distincta est. Adde, quod longè alia est Ecclesiæ & Republicæ Christianæ conditio. Leuitæ enim de politicarum causarum ambiguis responsis, & de totius legalis doctrinæ interpretatione, respondebant in Republica & Ecclesia Hierosolymitana. At Ecclesia Christi à tempore Constantini Magni, qui Imperij Orientalis & Occidentalis prouincias diuisit, & Magistratus constituit, politicis legibus regitur. Anno vero Domini 435. Theodosius Constantinopoli, opus, ut humana rationi admodum aptum, sic gloriæ apud posteros insignis futurum incœpit. Iurisconsultis enim adhibitis, eruditione, fide & prudentia celeberrimis negotium dedit, ut Constantini Magni, & omnium principum Constitutiones colligerent, atq; inutilibus prætermisissis, in unum corpus redigerent, breuitate & perspicuitate, imprimis forensi, consulentes. Itaque Codex, qui Theodosianus dicitur, V. Calend. Martij Constantinopoli editus est; & edicto cautum, Ne quapost Calendas Ianuarias controuersia ad forum deferretur, aut delata iudicaretur, nisi ex Codicis legibus. Postea Iustinianus antecessorum suorum solertia, Codicem iuris concinnatum, sub suo nomine edidit, atq; ex eo in posterum ius dici præcepit. Iurisperitorum igitur partes sunt de iure respondere; aduocatorum causas forenses disceptare; iudicare autem solius Magistratus.*

5 *At, inquit Romanenses, nos habemus ius nostrum Canonicum multo præstantius quouis alio iure, compositum ex decretis Pontificum, qui do-*  
Arina

Etina & prudentia tantum Imperatores, & omnes Iurisperitos superarunt, quantum sol lunam splendore suo superat. De hac Pontificum Romanorum prae omnibus excellentia suo loco dicam; nunc sufficet ostendere potiore partem iuris Canonici de promptam esse à iure Civili: idque quo artificio factum sit, operae pretium est intelligere. Burchardus, Wormatiensis Episcopus, teste Beato Rhemano in suis Annotationibus in Terullianum, primus fuit, qui ingens volumen decretorum congeffit, & typis excudi curavit: Huius vestigiis institit non ita multo post, Ivo, Carnutenensis Episcopus; duoque Decretorum volumina edita sub eius nomine, quorum unum Pannormia; alterum, absolute, Decretum dicitur. Deinde Gratianus Monachus Benedictinus, cum superiorum collectorum volumina non omnibus satisfacerent, opus illud in se suscepit, & explicare, distinguere, pugnantiaque inter se conciliare conatus est; sed admodum corruptè opus perfecit, ut testantur Pij IV. Pij V. & Gregorij XIII. PP. Animadversiones in Codicem Gratiani. Nouissimè, Ioannes Paulus Lancelottus, Perusinus, cum videret libros iuris Canonici ad imitationem illorum, qui in iure Civili extant, fuisse conscriptos, atque digestos, tanquam simia, institutiones iuris Canonici edidit, ad typum Institutionum Iustiniani; ut quemadmodum ius Caesareum in quatuor libros compendiose redactum est, sic ius Pontificium in totidem redigeretur. Huius Perusini stultitia, in finitibus locis deprehenditur. Lib. 1. Institut. tit. 3. affirmat decreta Pontificum Romanorum aequipollere canonibus Conciliorum, & pari cum illis potestate exaequanda, & reverentia eadem recipienda esse. Item tit. 7. eodem libro, docet Laicis, etiam si principes sint, nullo neque consuetudinis, neque praescriptionis, neque conventionis iure ad electionem aspirare, non esse permittendum; patroni post factam electionem, honestatis tantum causa, postulandum esse assensum. item tit. 18. eodem libro, scribit Chorepiscoporum usum sublatum fuisse in Ecclesia Romana, & in aliis totius orbis Ecclesiis, eiusque institutionem interdictam esse, tanquam impiam & superuacaneam. Reliqua non persequar. opus enim esset altero libro Institutionum, quibus Perusini errata, & falsa dogmata emendarentur. Supradicta vero tria capita notavi, tum quod hoc libro dilucide suo loco refutantur; tum ut iuvenes, iuris studiosos, admonerem, ne animum imbuant Institutionibus adeo insulsi auctoris, quem contra fidem historiae Ecclesiasticae, contra veteres Conciliorum canones, & contra omne ius gentium, diuinum & civile, tria supradicta et multa alia falsa dogmata edere non puduit. Sed ut ad id, unde digressus sum, redeam: Primum inficiari nemo potest, praedictos omnes iuris Pontificij



*compilatores multis seculis post Theodosium & Iustinianum, Iuris civilis au-  
 ctiores extitisse. Vixit enim Burchardus Ottonis III. & Henrici II. Bauari  
 Imperatorum atate. Itaq; illi ex Codice, Pandectis, Nouellis, & Authentici-  
 cis mutuati sunt praeipuum iuris Canonici structuram; cuiusq; ferè regulæ o-  
 mnes leguntur in Digestis: item Rubricas Decretalium & Clementinarum  
 desumserunt à Iure civili, & eius leges transtulerunt in ius Canonicum, Pon-  
 tificia fide. Tribuunt enim Papis Romanis, quæ sunt Imperatorum. C. Indi-  
 cantem, officium Iudicis in cognitione causarum, complectentem, adscribunt  
 Papæ Eleutherio 30. q. 5. Constantino tamen adscribi debet, ut habetur l. 1. Co-  
 dic. de iud. Fabiano Papæ tribuunt c. si quis iratus. 2. q. 3. nec non eiusdem gener-  
 ris canones 3. q. 6. c. 1. ibi semper, & 5. c. Accusatis, & 17. c. Si quis clericus,  
 Sixto Papæ nuncupant, qui tamen ex l. 10. & 11. De accus. in Cod. Theod. de-  
 sumpti sunt, & Constantini, Casariq; Gratiani, filij Valentiniiani prim. i leges  
 extant. Confirmatio priuilegiorum Ecclesiæ, quam Leoni Papæ assignant, 25.  
 q. 2. c. Priuilegia. Theodosij & Valentiniiani est, ut habetur l. 46. Cod. de  
 Episc. & cl. in Cod. Theod. Indicem legum & constitutionum Iuris civilis,  
 quas in ius Canonicum transtulerunt, conficere superfluum, & lectori ingra-  
 tum esset; quasdam tamen notabo, ad eius quod antea dixi probationem suffi-  
 cientes. l. 2. D. de concuss. expressa est in c. concussiois, 1. q. 2. l. Lege Iulia,  
 cum l. seq. D. ad l. Iul. repetund. in c. lege Iulia, 1. q. 1. disertim legitur. l. 1. l. 3.  
 §. ad finit. ates, l. item quibus, & l. Puto autem, D. de postul. extant in c. Infam-  
 is 3. q. 17. & Romanæ Synodo adscribunt. Omnes leges tit. Cod. Si contra  
 ius vel utilitatem publ. præter primam adducuntur in c. Dicēti. §. præscriptio-  
 ne, cum seqq. 25. q. 2. Translata sunt etiam in ius Canonicum l. Placet. Cod.  
 de sacross. Eccl. in c. Placet, 16. q. 1. l. Iubemus, §. Sane, ne ompis, c. de tit. in  
 c. Ea enim, §. Si Oeconomus, 10. q. 2. l. 1. Cod. de Episc. & cler. in d. c. habe-  
 tur. Extat integra Nou. 23. de Appell. in c. Anteriorum legum. 2. q. 6. & Nou.  
 123. c. Si quis contra, in c. De persona, §. Si quis contra. 11. q. 1. Ex Authentici-  
 cis reperiuntur, Auth. Ingressi, Cod. de Sacross. Eccl. in c. Quia ingredientibus,  
 19. q. 3. item Auth. Si qua mulier, Cod. eod. in c. Si qua mulier, 19. q. 3.  
 Sic etiam Auth. Hoc ius porrectum, cum omnibus sequentibus, exceptis  
 Auth. Multo magis, & Quibuscumq;, Cod. d. tit. in c. Ea enim, §. Hoc ius  
 porrectum, cum seqq. 10. q. 2. item reperitur, Auth. Quas actiones, in §. Quas  
 actiones, Auth. Presbyteros, Cod. de Episcop. & Cler. in §. Presbyteros, 11. q. 1.  
 Auth. Offeratur, & Auth. Libellum vero, Cod. de lit. cont. in §. libellum vero,  
 & §.*

& §. offeratur, 3. q. 3. Denique obseruandum est quod supra commemoratae  
 leges & Constitutiones, ex iuris civilis libris deprompta, & ita ad verbum fere  
 descripta sunt in iure Canonico, vt ab earum compilatoribus interdum dissi-  
 mulari non potuerint nomina authorum; valdeque mirandum, reperiri ho-  
 mines adeo impudentes, & rerum omnium ignaros, qui pontificibus Romanis,  
 Imperatorum, & iuris peritorum scientiam adscribere non erubescunt; vt fo-  
 rum sibi constituent, in quo ius dicant; lites contestentur, de rebus omnibus  
 & politicis, & ecclesiasticis; sedeant iudices; sententiam dicant; & ministros  
 suos habeant perinde ac Magistratum civilem, qui omnia in acta referant &  
 exaequantur. Spiritualem Iurisdictionem, in Ethnicam conuerterunt, in  
 qua non nisi de rebus terrenis litigatur. Hanc vulgo vocant Officialis, vel  
 Ecclesiae forum, cū Christi instituto, cum more Ecclesiae veteris, & cum ipsa  
 ratione ecclesiastica ex diametro pugnans. In hoc foro disceptatur de testa-  
 mentis, & ultimis voluntatibus; de commodato, de deposito; de emptione &  
 venditione, de sponsalibus, de matrimoniis; de successione ab intestato; de  
 locato & conducto, de rerum permutatione; de pignoribus, & aliis cautioni-  
 bus, de solutionibus, de transactionibus, & infinitis aliis iuris civilis causis. Ci-  
 tantur partes vt compareant; si non se sistant, monentur, & mox excommu-  
 nicantur; si se sistant iudicio, & damnati non satisfaciunt, excommunicantur.  
 Prædas, rapinas, peculatus, & sacrilegia, quae ibi committuntur, quis enume-  
 ret? testes examinantur, & iuramentum eis imperatur irreligiosum & su-  
 perstitiosum. Doctores fouent Canonistas, qui vix Biblia a limine saluta-  
 runt, quorum partes sunt ex iure Canonico, Imperatores, Reges, imperia, re-  
 gna, Republicas, & homines omnes iudicare, & Hierarchia Romana subiice-  
 re. Sediuris prudentia doctores, quae sua sunt; Theologi, quae à patribus & ex  
 Conciliis in ius Canonicum reiecta sunt, repetant: Magistratus suas consti-  
 tutiones, quas absque eius consensu usurparunt, & iurisdictionem sibi debitam  
 vindicet; ius Canonicum nihil aliud erit quam auis illa Horatiana, alienis  
 plumis induta, & superbiens; quibus exutis, nuda, infamis, & inuisa ceteris  
 omnibus auibus exiit. Quid dixi ius Canonicum? imo si ab Hierarchia Ro-  
 mano repetantur plume illae, quibus ab Imperatoribus & aliis Christianis de-  
 coratus est, quid illo sædius, turpiusque sub sole conspicietur? Canonès de officio  
 Archidiaconi, Archipresbyteri, Primicerii, Sacristae, Custodis, Vicarii, de  
 consecratione altaris, de celebratione missarum, de filiis presbyterorum, & aliis  
 illegitime natis, & similes, praesertimque decreta illa quae tyrannidem in Eccle-

siam & Rempubicam induxerunt, sponte antiquabuntur. Enimvero, ut iuris, quod vocant, Canonici falsitas, & iniustitia, iuvent uti quæ in eius lectione versatur, manifesta fiant pauca percurram, quo inquirendi studium accendatur in illorum animis, qui Decreta pontificum Romanorum incaute legunt, & venerantur. Extat c. saepe contingit, 2. quæst. 5 in quo decernitur, si furtum in monasterio fiant, nec constet de fure, quod monachi omnes, sumpto corporis & sanguinis Domini sacramento, teneantur se expurgare, in hæc verba: Corpus Domini sit mihi hodie ad probationem; et ita innocentes se esse ostendat. Quam vero iniqua, & à Theologis improbata sit hæc expurgandi ratio, nemo est in sacris mediocriter institutus, qui nesciat. Sacrosancta enim Cæna Domini instituta est ad animæ viuificationem & perceptionem corporis & sanguinis Domini, in salutem & vitam eternam, non in Ethnica illam rationem expiandi crimina; ex qua orti sunt abusus execrabiles. Narrat Gregorius Turonensis lib. 10. c. 8 Eulalium Comitem Aruernia accusatum fuisse, quod manus matri suæ intulisset: is ut legitimam iudicium declinaret, obtinuit ab Episcopo, ut post Missæ celebrationem sumpto Eucharistia sacramento, ab accusatione se purgaret, & ab ea immunis postea haberetur. Idem a multis aliis Reis, contra omne ius diuinum, & ciuile, prætextu huius pontificii decreti, sui factitatū. Occurrit aliud decretum, eiusdem farinae, 14. quæst. 4. in quo decernitur ab illo usuram esse exigendam, cui merito nocere desideramus; cuius arma iure inferuntur, huic legitime inducendas esse usuras centesimas. Quod certe a pietate & iustitia Christiana omnino abhorret. Propbeta enim ciuem ciuitatis Dei illum esse affirmat, qui pecuniam suam proximo non dat ad usuram, Psal. 15. quem locum Rabini Iudaorum corruptentes, proximum definiunt id est, amicum, eiusdemque cultus diuini socium: in Christianos vero Hebræorum hostes affirmat licitum usuras exercere, quos gladio perdere cum non possint, sænore immenso exhaurire, rem Deo gratam esse prædicant. Ergo Rabnicum & Pontificium dogma in hoc capite consentiunt. At longe secus docuit D. Ambrosius in libro De bona mortis, cap. 12. Si quis, inquit, usuram acceperit, rapinam facit, vita non viuunt, non dicit, si quis à paupere, vel diuite, amico, vel hoste usuram exegerit, sed eam in solidum damnat. Usura enim turpe & iniquum est luctrum, quod humana societati & utilitati nocuum est, à Deo & bonis legibus prohibitum; quod etiam in hostem exercere, Christianum non est, sed Iudicum; & si ita vis, Pontificium. Armis quidem contra hostem pugnare licitum, usuris agere prohibitum, bellumque iustum, legitimum est, usura iniusta semper ille.

per illegitima. Quod attinet ad falsitatem iuris Canonici in c. ab Exordio, 35. distinct. scriptum reperio, homines initio mundi non solitos fuisse vesci carnibus, & Hieronymus huius falsi dogmatis autor citatur, de quo nihilominus in eius scriptis nulla leguntur certa testimonia. Falsum esse patet, ex c. i. Genes. ubi dicitur, Deum post hominis creationem subiecisse ei pisces maris, volatilia caeli, & uniuersa animantia, quae mouentur super terram. idem repetitur Psal. 8. & I. ad Cor. c. 15. Abel pastor fuit ouium, & de primogenitis gregis sui obtulit sacrificium Deo, Gen. 4. quae satis indicant, carniuum usum tunc in usu fuisse. Quorsum enim pastor ouium fuisset, si de illarum carne vesci usitatum non fuisset? Quorsum subiecta homini omnia terra animantia, volatilia caeli, & pisces maris, nisi ad victum, & alios usus necessarios: item, falsissimum est, quod legitur c. Osius, 36. distinct. in quo Damasus Papa genealogiam Felicis 3. & Theodori I. PP. retexit; quorum hic anno 640. ille vero anno 483. Ecclesia Romana praefecti sunt. Constat vero ex Collectionibus Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis, Damasum mortuum esse circa annum 384. Qui potuit ergo eorum commemorare genealogiam, qui centum post eum annis, & pluribus in rerum natura non exiuerunt? Adhaec, in signis falsitas detecta est in c. Episcopi, distinct. 64. in quo asseritur in Nicano concilio i. definitum esse quod potestas & confirmatio ordinationis Episcopi, (quo nomine interdum electione, interdum consecratione intelligunt) per singulas provincias pertineat ad Metropolitanum. At in textu Graeco concilii Niceni solum legitur, auctoritatem penes Metropolitanum fuisse in ordinatione Episcopi; quia electio, ut ait, Cyprianus lib. 4. epist. 5. in eius praesentia, & aliorum provinciae Episcoporum fieri solebat. Eligere ergo, & electioni praeesse, Metropolitanus fuit; confirmare vero, & pro arbitrio statuere Episcopum, ex decreto Nicanae synodi, non fuit in Metropolitanus positum potestate. Denique, c. Ecclesiis, distinct. 68. falso Nicano concilio adscribitur, in quo prohibetur, ne in Ecclesiis semel consecratis Deo, iterum consecratio adhibeatur, nisi aut ab igne exusta, aut sanguinis effusione, aut alio modo polluta fuerint: quia sicut infans semel baptizatus, non debet iterum baptizari, ita nec locus Deo dicatus, est iterum consecrandus. Sed in actis concilii Niceni, de his omnibus silentium: ex quibus constat canonem supra citatum, Apocryphum esse. Quamobrem concludendum est, ius, quod vulgo Canonicum dicitur, a *Woye & Piarz* aduersus irregularē esse, de quo Deo fauente pluribus alias agemus.

6 Caterum exempla Heliae, Samuelis, Danielis, & Machabeorum, qui politica & polemica tractarunt, ad rem non faciunt. Quod non illi virumque munus, & politicum & Ecclesiasticum obiuerunt, extra ordinem factum est, & ad constantem atque perpetuam

*Ecclesia gubernationem trahi non debet. Adde quod paucorum exemplorum, quae extraordinarie contigerunt, anomalia, legitimam presbyterii Christiani institutionem, & analogiam tollere nec potest, nec debet proponi ad imitandum. Quam vero perniciofa fuerint Paparum consilia de rebus polemicis, testantur historiae. Anno Salutis nostrae 1095. teste Paradino, Urbanus Papa in synodo Claromontana, principibus Christianis persuasit, ut expeditionem transmarinam aggredierentur, utque Hierosolymam à fidei Christiana hostibus occupatam redimerent, & ibi regnum Christianum constituerent. Principes ergo, duce Godofrido Bullonio, iter sunt ingressi, infinita manu militum Christianorum instructi: Odetus dux Burgundiae, vix in Siciliam peruenerat, cum laboribus bellicis fractus, misere periit: in Pafidiam ubi peruenerunt, prodigiosa siti exercitus Christianus magna ex parte extinctus fuit. Antiochiam quidem magna suorum clade expugnarunt, sed statim obsessi a barbaris, fame, peste, & infinitis calamitatibus laborarunt: liberati tamen Dei beneficio Hierosolymam peruenerunt & expugnarunt, omniumque consensu dux Bullonius Rex Hierosolymae proclamatur; sed ibi fere cum suis omnibus occubuit, statimque recuperata est à barbaris Hierosolyma: & profligati Christiani, qui in tota illa bellica expeditione infelicissima, iram Dei grauem persenserunt. Leguntur illius seculi scripta quaedam, quae docent Urbani consilium cospectasse, ut exhausta bello illo principum Christianorum potentia, Hierarchia adificium altius proueberetur. Enimvero certum est Urbani consilium contra Apostolorum & Martyrum exemplum, doctrinamque orthodoxam pugnare, qui Ecclesiam Christi non armis, sed pietate, patientia, precibus, predicatione verbi Dei, et Martyrio promouerunt. Scitum est illud Tertulliani; Sanguis martyrum semen Ecclesiae: item illud Lactantii; In negotio Religionis gladius exercendus non est, nec verberibus, sed verbis; nec potest veritas cum vi, nec iustitia cum crudelitate coniungi. Itaque merito sapientes iudicarunt, infideles à Christianis bello petendos non esse; ex eo quod infideles sint. Haec probantur in l. Christianis, Cod. de paga, et sacrif. paga. & in c. dispar, 23. quaest. 8. ubi statutum est, bellum tunc iuste geri aduersus Sarracenos à Christianis, quoties eos ex urbibus pellunt et persequuntur. Defensuum ergo, non offensuum bellum aduersus infideles iustum censi debet. Adhaec, certum est infidelitatem non priuare per se infideles dominio, quod habent iure humano, vel habuerunt in prouinciis et regnis quae obtinent. Dan. 2. extat hac de re praeclarum testimonium. Etsi enim Nabuchodonosar infidelis esset, nihilo-*

minus Daniel agnoscit illum regem regum, & imperium, fortitudinem, & gloriam datam ei esse à Deo; nec dicit dominium bello ei esse auferendum, quod infidelis esset. Qua de re si quis plura aueat, repetere poterit à Didaco Conarruua à Leyua §. 10. de bello aduersus infideles. Sed quid? Hierarchia Romanus gladium Petri successionis iure accepit; quod etsi Christus iusserit ut in uaginam reconderet, nec eo deinceps usus sit Apostolus, ait amen qui se eius successores dicunt, fidem Christianam armis plantandam esse, a multis seculis classico belli per uniuersum orbem personato, miseris Christianis persuaserunt. Verum euentus docuit ingrata esse Deo bella illa quæ pontifice Romano, & eius affeclis autoribus, suscipiuntur. Ioannes Niuernensis Comes, qui postea Dux Burgundia fuit, Abbatis cuiusdam persuasione anno 1395. mouit bellum contra Baiazetem Turcarum principem, & cum totius Gallia nobilitate Nicopolim est profectus, in cuius obsidione sequenti anno, exercitus Christianorum à Turcis magna nobilium clade deletus fuit; Dux ipse Ioannes captus, edita in ipsius conspectu horrenda procerum captiuorum strage, misericordia Baiazeti pretio uitam & libertatem uix redemit. Tomor aus Collocensis Archiepiscopus, Ludouico Hungarorum regi autor fuit, ut in Amurathem Turcam armis experiretur: sed commisso prælio, & regem, & regnum Ungaria perdidit. Carolus, Cardinalis Lotharingus hoc nostro seculo regib. Gallia persuasit ut purioris doctrina studiosos bello perderent, sed Henricum 2. fortissimum alioquin principem, Carolum nonum, proceres omnes regni, denique ipsum regnum uniuersum, funestis cladibus, illo pessimo consilio, Episcopus pessimus, per annos viginti quinque affecit, & adhuc afficitur; uixque, nisi Dei digito, Respublica Gallia in integrum restitui, unquam poterit. Hæc pauca ex infinitis testimoniis subduxi: partim, ut detestandum illud Papæ Romani consistorium seditionum & bellorum officinam esse indicarem: partim, ut docerem in presbyterio Christiano de rebus politicis & polemicis non agendum, sed hæc principibus & Magistratibus, committenda. Caueant ergo sibi Ecclesiarum rectores tanquam à toxico, à curis, & consiliis secularibus, ne postremus error prioris sit deterior: cui ut occurratur, sapienter in quibusdam locis prospectum est, ut nunquam habeatur Senatus ecclesiasticus, nisi præfecti principis, vel Reipublicæ præsentis sint, testes eorum omnium quæ à delectis Ecclesiarum pertractantur.

## CAP. XI.

- 1 Refelluntur argumenta Bonifacii extrau. De maiori- tate & obedientia, cap. Vnam sanctam, & qualis fuerit hic Papa indicatur.
- 2 Primi Episcopi Ecclesiæ Rom. gladio Magistratus perierunt, tantum abest vt illum exercuerint.
- 3 Potestas temporalis ecclesiastica nulla est, & Ecclesiastici Magistratui politico ex Dei verbo subiiciuntur.
- 4 Historia Henrici 4. Imperatoris, & Philippi 4. Gallia regis, qui Papas rebelles in ordinem reduxerunt.
- 5 An Constantinus Magnus senserit Ecclesiasticos à nemine posse iudicari.
- 6 De exemplis Marcellini, Xisti, Symmachi, Pelagii & Leonis Episcopis Rom. qui a nemine sunt iudicati.
- 7 Quomodo intelligendum quod ait Apostolus 1. ad Corinth. cap. 2. Spiritua- lem hominem omnia iudicare, & à nemine iudicari.
- 8 Imperatoria & regia potestas non confertur per vnctionem factam ab Epi- scopo, & de septem Electoribus Imperii.
- 9 Falsum esse quod Papæ adulescentes scripserunt, imperium a Græcis ad Ger- manos a Leone 3. Episcopo Romano translatum fuisse.
- 10 Odoacer rex Herulorum in Italia regnum constituit, spoliato Augustulo.
- 11 Refutatio argumentorum quibus Romanenses conantur probare, Leo- nem III. transulisse imperium Occidentis ad Carolum Magnum.
- 12 Italia regnum iustis de causis, & legitimo medio acquisiuit Carolus Magnus.
- 13 Carolus Magnus armis barbaras gentes expulit ab occidentali imperio, quod ad ipsum iure belli & pacto Imperatorum Orientis translatum est.
- 14 Argumentum pro vtroq; gladio Ecclesiasticis asserendo, à solutione de- cimarum, ficulneum est; & retorquetur in eos.
- 15 Argumentum ab immunitate personarum & vectigalium, ecclesiasticis cõ- cessa, vitreum est.
- 16 De primis Papis, qui ausi sunt tributa Imperatoribus denegare.
- 17 Solidis rationibus, & historiis probatur donationem Constantini me- rum esse figmentum.

**M**erumenimvero qui falcem miserunt in messem alienam, iurisdictio- nem Ecclesiasticam & civilem sibi asserere conantur multis argu- mentis, quæ Bonifacio octauo adscribuntur in Extrauagan. com- mun. libr. 1. titul. octauo, De Maiori- tate & obedientia, capit. Vnam sanctam. de quibus, antequam dicam, notandum hunc esse Bonifacium, qui Imperatorem Albertum primum cum Romam petitem coronam Imperia- lem venisset; superbissime repulit: Ego, inquit, Casar sum & pontifex, nec absque

absque autoritate mea electio Imperatoris recta est. Is est Bonifacius, qui Philippum Palchrum regem Galliae per legatum suum admonuit, ut ad bellum transmarinum se suamque nobilitatem componeret: sed rex ancipiti responso legatum excepit; qui ex mandato pontificio statim comminatus est regni interdictionem, nisi Pontifici morem gereret; qua insolentia princeps commotus, iussit legatum in carcerem conijci. Id ubi ad aures Bonifacii peruenit, per Archidiaconum Narbonensem interdictionem misit in Galliam, quo Regi interdixit usu bonorum Ecclesiasticorum, quibus ad necessarios belli sumptus tunc utebatur; & tandem, ut hereticum, excommunicauit. Coactum est more maiorum Lutetia, concilium procerum & Episcoporum, qui omnes iudicarunt interdictionem Bonifacii iniustum & nullum esse. Ex ungue igitur dignoscamus leonem, & eius pro utriusque gladii potestate argumenta expendamus. Christus, inquit, Luca 22. c. Apost. sic adloquitur; Quando misi vos absq; sacculo, & pera, & soleis; numquid defuit vobis? ipsi vero dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram; & qui non habet, vendat pallium suum, & emat gladium: at illi dixerunt, Domine, ecce duo gladii hic: ipse vero dixit, Satis est. Ecce, inquit PP. duo gladii, id est potestates duae, Spirituales & civilis, concessae Apostolis à Christo, & Papae Romano eorum successori. Quid est facere vim scripturae, si hoc non est? Christus enim per sacculum & peram, quodque nihil defuerit Apostolis, commemorat pacem & prosperitatem, qua haecenus perfuncti erant: gladii vero nomine, significat tempora instare afflictionum, contra quas fide & constantia, qua sunt militia Christianae arma, opus esset. Sicque Chrysostomus interpretatur: Non soluit, inquit, Dominus, legem, quam antea fixerat, dicendo, & qui maxillam tuam percusserit, alteram ei obuerte: benedicite maledicentibus vobis, orate pro illis qui vos persequuntur. Quomodo ergo iubet discipulos emere sibi gladios? nihil tale sensu. Est enim figurata locutio, qua significabat se ab illis iam subtrahendum, & illos oportere multis calamitatibus constictari. Itaque, nulla est syllaba in his Christi verbis, qua ad duos gladios, hoc est, imperia duo, alterum spirituale, alterum temporale referri queat. Non enim hic politicam aut ecclesiasticam potestatem instituit Dominus, sed ad fidei, & constantiae luctum contra carnis & mundi insultus suos adhortatur.

2 Gladii temporalis usum non obtinuerunt Apostoli, nec primi Episcopi Ecclesiae Romanae, qui fere omnes Magistratus gladio occubuerunt. Nota sunt omnibus Apostolorum martyria, de Episcoporum supplicio dicam. Caius unum cum Gabirio fratre, martyrio sub Diocletiano est affectus in cryptis, in quibus,



vitanda persecutionis causa latitauerat. Cornelius sub Galeriano, capite truncatus est. Marcellinus acta pœnitentia, quod diis gentium metu mortis sacrificasset, in fide Christi ardentius persistens, & sacrificia Gentium detestans, iussu Maximiani capite mulctatus. Marcellus a Maxentio in pistrinum coniectus, quo in opere ipse mox nudus, & vix cilicio tectus, misere expirauit. Hi omnes Papa Romani, ne tantillum quidem de gladio Magistratus usurpando, vel accusati, vel eo nomine damnati fuerunt. Nomen quidem Christiani in illis damnatum sed non crimen.

3 Addit Bonifacius, æquum esse vt temporalis gladius à spirituali regatur, alioquin magnam futuram in orbe Christiano confusionem. Quam ob rem? quia inquit Canonistæ, Principes legibus ciuilibus non sunt obnoxii, & nisi coerceantur legibus ecclesiasticis, imperia & regna orbis Christiani nihil aliud erunt, quam spoliaria, & tyrannorum domicilia. Fateor iurifconsultum in l. Princeps, D. de legibus, scripsisse Principem legibus esse solutum: sed id de legibus est accipiendum, quæ solemnitates iuris respiciunt, vt in ordine testamentorum, insinuatione donationum, & manumissionibus antiquis, quemadmodum aperte exponunt l. omnium, Cod. de testam. l. 34. & Auth. seq. Codic. de donat. l. 14. D. de manum. At res aliter se habet in legibus publicis, quæ imperium, regnum, rem pub. imo priuatorum utilitatem attendunt, quas princeps seruare tenetur. Enimvero nisi pietas, sanctitas, fides, iustitia & ius a principe colatur, contra legem peccat, quæ dicit, Dignam esse vocem principis fateri se legibus teneri, l. digna, D. de legib. Nihil enim Imperatorem magis decet, quam imperii leges custodire, & illis subiici: & vt ait poeta;

In commune iubes si quid censeſque tenendum,  
Primus iussa ſubi; tunc obſeruantior æqui  
Fit populus; nec ferre negat, cum viderit ipſum  
Auctorem parère ſibi.

Huc pertinet Catonis ſententia, Patere legem quam ipſe tuleris. Quid enim rationi conuenientius eſſe poteſt, quam principem Reipublica caput, ſubiici legibus, quibus omnia corporis membra ſubiiciuntur? Etenim Plato De legibus, dialogo quarto, ſcite docet, paratum exitium illi ciuitati eſſe, in qua non lex magistratibus, ſed legi Magiſtratus præſint: ſalutem vero illi, vbi lex ſeruientibus magistratibus dominatur. Sed Chriſtus hanc queſtionem luculentius diſſoluit Matthæi vigefimo tertio, vbi Pharifæus  
expro-

exprobrat, quod onera grauius aliis imponant; ipsi vero ne digito quidem velint ea mouere. Certe legislator qui peccantes in legem corripit, si in eam peccauerit, ab eadem corripitur. Hic vero non disputo; An Princeps vi coactiua, vt Iurisperiti loquuntur, an vi directiua, humanae rationi consona legem teneatur adimplere, vel eius pœnam subire. hoc vnum dicam, Nathan Prophetam, Dauidem Regem, pudore suffudisse, & damnasse ex proprio ore, quod eam pœnam mereretur, quam sententia sua in alienam personam tulisset, 2. Regum, cap. 12. Denique, quod ad Dei iudicium attinet, princeps non est solutus à Lege; qui si in eam offenderit, admonendus est vt officium præstet, verbumque Dei, quouis gladio ancipiti penetrantius, ei est proponendum. Itaque concedo temporalem gladium à spiritali dirigendum esse, si per gladium spirituale verbum Dei intelligant Romanenses. At cur hoc gladio non vtuntur? cur Petri, cuius se successores dicunt, vocem, in hunc modum resonantem, surdis auribus negligunt? Presbyteros, inquit, qui inter vos sunt, precor, qui sum & ipse Presbyter, ac testis afflictionum Christi, atque idem gloria patefaciendæ consors, pascite gregem qui penes vos est, curam illius agentes, non coacte, sed libenter, non turpiter affectantes lucrum, sed prompto animo, neque vt dominantes cleris, sed vt qui sitis exemplaria gregis, 1. Pet. 5. Presbyterum se esse ait, non Regum dominum: de quorum potentia, & eis debita obedientia, iterum sic ait: Proinde subiecti estote cuius humanae ordinationi propter Dominum; siue Regi, vt qui præsit; siue præsidibus, vt qui per eum mittantur; tum ad vltionem malefactorum, tum ad laudem rectè agentium. At Petrus, inquit, maluit clauas exercere, Paulus vero gladium exercuit? Os impurum! an ignoras quid ad Romanos cap. 13. scripserit? Omnis anima, inquit Apostolus, potestatibus supereminentibus subiecta esto: non enim est potestas, nisi à Deo. quem locum Chrysostomus illustrat, & notat Apostolum vti voce vniuersali, omnis; vt doceat nullum creaturarum genus ab hac lege excipi posse, siue Apostolum, siue Prophetam, siue Euangelistam, Sacerdotem, Monachum, vel quemuis alium. Quod vero sanctus doctor scripto docuit, vitæ testimonio comprobauit. Licet enim Antistes esset Constantinopolitanus, & de Ecclesia bene meritus; tamen ab Arcadio Imperatore Christiano, bis in exilium pulsus est, eique tanquam Magistratui obedientiam præstitit; & vt idem omnes facerent, est adhortatus; quæ diligenter notanda sunt, ne qua dubitatio supersit. potestatem Ecclesiasticam temporalem nullam esse, quam etiam Christus his verbis confutat: Regnum meum non est de hoc mundo, Ioan. 18.

Reddite Casari qua sunt Casaris, & Luc. 20. Reges Gentium domini sunt ipsarum, & in eas habent imperium: at vobis non ita futurum.

4 Discant igitur Romanenses pascere, non deglubere imperia; eis subiecti, non dominari; alioquin futurum est, quemadmodum olim accidit, ut Imperatores & Reges, de illorum superbia & tyrannide iusta supplicia sint sumpturi. Testis est noster Hierarcha Bonifacius, qui iussu Philippi quarti, Gallie Regis, à Nogarcto Gallo nobili & Sara Columna interceptus, & vinetus deductus Romam, morte est punitus. Ne vero dicant, aliud esse quod iure, aliud quod tyrannicè fiat; audiant Platinam, Pontificis Romani observandissimum, & religiosissimum scriptorem, sic iudicantem in Bonifacii octavi vita: Moritur autem hoc modo Bonifacius ille, qui Imperatoribus, Regibus, Principibus, nationibus, populis, terrorem potius quam religionem iniicere conabatur; quique dare regna & auferre; pellere homines & reducere pro arbitrio animi conabatur; aurum undique conquistum, plusquam dici potest, sitiens. Iusto ergo supplicio affectus fuit Bonifacius, & multi alij Papa, propter scelera a puniti. Benedictus XIII. imperavit Ecclesie Gallicanae, olim exactiones inusitatas, quas Carolus VI. Gallie rex edicto prohibuit, & ob id statim à Papa excommunicatus est, qui gerulos excommunicationis misit in Galliam, qui eam promulgarent. Comprehensi illi, & in carcere abducti regium, damnati sunt Senatusconsulto Curiae Parisiensis, hac multa, ut ante meridiem hora decima, quo tempore dimitti Senatus solet, ad palatii gradus adducerentur, & nudi ardentem dexteram facem tenentes, veniam supplices deprecarentur: tum ut pictis ad dedecus vestibus induti, ac mitellati, cum Papa insignibus ad ignominiam inuersis, per celebriores urbis vias lutulento plaustro à carnifice circumuecti, plebis ludibrio exponerentur. Quod executioni mandatū fuit, teste Paponio lib. Arrest. 1. tit. 5. art. 27. Hac poena Papa Benedicti nunciis irrogata fuit; quam absq; dubio in propria persona tulisset, si ad iudicium subsellia pertrahi potuisset. Adhuc Imperator Henricus IV. de Gregorio septimi sceleribus supplicium sumpturus (ut Benno Cardinalis in eius vita ait) multorum Germania, Gallie, & Italiae Episcoporum Synodum Bressiae coegit; in qua Gregorius Pontificatu abdicatus, & Salernam fugere coactus, misere postea extremum diem obiit. Denique Sigismundus Imperator, Concilium Constantiense, & Basiliense coegit; in hoc Eugenius IV. in illo Ioannes XXIII. in ordinem sunt redacti, necnō duo antipapa pontificatu abrogati. Imperatoria enim & regia est potestatis, rebelles Papas, Episcopos & Præsules, cum Ecclesia cōsensu de gradu deicere, & capitales de illorum sceleribus poenas sumere.

5 Terquiersantur, & opponunt locum Apostoli, x. ad Corinth. cap. 2. Spiritu-  
 rituales homo omnia iudicat, & à nemine potest iudicari; & sic sensisse aiunt  
 Constantinum Magnum, qui in Concilio Nicano interpellatus ab Episco-  
 pis, ut de variis, quas inter se fouebant litibus, iudicium ferret, id recusauit;  
 quod iudicari non possint Episcopi, qui Dij vocantur, nisi ab eo, de quo dictum  
 sit, Deus stetit in Synagoga Deorum. Ego, dum vitam, mores & ingenium  
 Constantini ex historia luce obseruo, non possum aliter sentire, quam Episcopos  
 inter se rixantes simili ironia exceptos esse ab Imperatore, qua Alamundarus,  
 Saracenorū princeps, sacro baptismo tinctus, elusit quosdam Episcopos here-  
 ticos, qui Christum Deum esse, non hominem ei persuadere conabantur. Ac-  
 cepti, inquit, literas Michaelē Archangelum esse mortuum; cum autē  
 Episcopi subicerent, angelum morti non esse obnoxium: at quem admodum ait  
 Alamundarus, Deus purus potuit crucifigi, quod vos assertis? sic Constanti-  
 nus, vos, qui Dij habemini, quomodo potestis rixas inter vos fouere, & hominis  
 iudicium implorare? Constantinus quidem Episcopos coluit, sed Deos esse nun-  
 quam credidit; Athanasium enim imperata non facientem, in causa Arrij non  
 semel vexauit, & Treuiros relegauit. Quod certe nunquam fecisset, si pro Dijs  
 Episcopos habuisset. hac ergo hyperbolica, & ironica oratione elusit eos, quos at-  
 tentiores cernebat ad priuatas iniurias, quam ad id cuius gratia conuocati e-  
 rant, disceptandum. Itaq; grauiter admonuit Episcopos, ut querimoniis omnis-  
 illa que ad Dei gloriam pertinebant, absq; animorum dissensione discuterēt ex  
 Dei verbo, simulq; querimoniarum Episcopaliū libellos sibi oblatos iussit ex-  
 uri. Quod principis Christiani factum sapiens & laudabile fuit.

6 Proferunt adhuc exempla Marcellini, Xisti, Symmachi, Pelagij, &  
 Leonis tertij, qui à seipsis, à nemine sunt iudicati. Quid queso, ad rem hac fa-  
 ciunt? Marcellinus metu exanimatus, thura idolis adoleuit; facti pœnitentia  
 postea percussus, Concilium multorum Episcoporum deprecatus est, & cilicio  
 obductus, effusis lacrymis fleuit, seipsumq; damnauit. Quid opus fuit iudi-  
 cium ferre in eum, qui seipsum iudicabat? Xistus à Basso Exconsule, & Mari-  
 niano patritio, confecto crimine, ut historia refert, insimulatus, seipsum coram  
 Valentiniano Cesare purgauit. Theodoricus potestatem dedit Episcopis, ut  
 de Symmachi causa cognoscerent, qui decreuerunt Symmachum ab omnibus  
 criminibus vacuum & immunem esse. Pelagius seditionis contra Vigilium  
 excitatæ suspicionem incurrit, à qua ut se liberaret, publicè in ambonem ascen-  
 dit, solemniz iuramento protestatus est, se illius seditionis prorsus expertem

esse; cumq; testibus conuinci non posset, non est iudicatus. Leo accusatus, iudicium non subterfugit, sed respondit, leges veteres de purgandis criminibus extare. se ea defensione, quæ legibus esset constituta, usurum. Hic non disputo an iudices qui in hac causa à Carolo Magno constituti erant, prauaricati sint, nec ne; sed quod probationibus iustis deficientibus, quibus Leo de criminibus obiectis, conuinci non potuit, eidem iuramentum delatum est ut se purgaret, factum esse existimo duabus de causis: Prima est, quod Episcopum satis non est carere crimine, sed criminis suspitione, à qua ut se liberet, iuramento opus est. Altera, quod iuramenti contempta religio Deum testem, & vindicem experitur: deniq; exempla supra commemorata docent, Papas Imperatoribus & Conciliis Episcoporum subditos esse, à quibus absolui vel iudicari possint.

7 Ad locum Apostoli supra notatum quod attinet, primum quero, si Papa, homo fuerit sceleratus vel hereticus, quomodo spiritualis dici possit? Canonistæ respondent per distinctionem personæ & status; quod, etsi doctrina & moribus non sit spiritualis, propter gradum tamen sacerdotalem, spiritualis haberi debeat, & per consequens, reprehendi & iudicari non possit. Egregia certe distinctio, per quam liceat etiam sic argumentari: Ganeo, quantumuis impurus, si in Papæ cathedra sederit, ex illa sessione Sanctus est, & à nemine iudicandus. Quis Rabinos Hierarchiæ docuit sic spirituales hominem definire? Spiritualis Diuo Paulo is est, cui Deus per spiritum suum reuelauit, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in mentem homini uenerunt, quæ suis Dominus parauit. Non enim ibi Apostolus agit de rebus politicis, quarum capaces sunt homines natura instinctu & disciplinarum studio; sed de rebus spiritualibus, quæ ab spirituali homine cum terrestribus & mundanis minime continguntur: Spiritualis enim uir calum terra non miscet, caelestia curat negotia, politica politico Magistratui curanda relinquit. Quomodo ergo intelligendum, quod ait Apostolus, Spirituales hominem omnia iudicare, & à nemine iudicari? Præstantia doctrinæ sacræ adeo insignis est, ut nihil sit in orbe uniuerso de quo non iudicet. in ea enim comprehensa sunt leges, quibus omnia temperari, in genere oporteat; & licet Ecclesiastes in foro ius non dicat, in templo tamen docet quomodo sit dicendum; admonet Magistratum, ne dona accipiat, aut personas respiciat; ut Deum religiosè colat; pie, sincere, & iuste Rempublicam administret; Ecclesiam suam tutela protegat; & cultum Dei, quantum in se est, promoneat: deniq; nullus est hominum ordo vel status, qui uerbo Dei non diiudicetur: cuius cura spiri-  
tualis

ualis homo, Ecclesia Pastor, minister sit, de omnibus rebus iudicat, & quatenus ex verbo Dei iudicat, à nemine potest iudicari. Sic cum propheta de prophetis iudicant, non hominis est, sed Spiritus sancti iudiciū; sic ipsi episcopi doctrina, vel vita offendentes, ex Dei verbo iudicantur: sic Reges, et omnes Christiani ex prescripto verbi Dei iudicantur, & ei subiiciuntur.

8. Caterum vanum est omnino quod Bonifacius infert, Potestatem regiam sacerdotali inferiorem esse, quod reges à sacerdotibus ungantur. Vnctionem antea probavi, in Regum inauguratione necessariam non esse, & abusu non carere: multosq; Imperatores imperasse, & Reges regnasse Christianos, qui uncti non fuerunt. Aimoinus libr. 3. capit. 36. 39. & 49. narrat quod ex eo tempore, quo Christiana religio in mente hominum insculpta fuit, ubi de electione Caesaris conclusum fuit, consuetudo obtinuit iuramentum ab eo exigere, ut in ea fide constans esset, quam Ecclesia Catholica, & œcumenica Concilia probauissent, nec seditionem in eam moueret. Hac protestatione facta, Constantinopolitanus Patriarcha accingebat gladium, sceptrum exhibebat, anulumque aureum addebat digito. Quæ verò postea inualuit consuetudo in Imperatoribus Germania inaugurandis, ut scilicet sceptrum, gladius, hasta, pallium, torques, corona, crux insidens spheræ, clypeus, aquila biceps à tribus Electoribus Ecclesiasticis Imperatori exhibeantur, nota sunt imperialis dignitatis, à Carolo Magno instituta: nota, inquam, quæ Imperatorem electum esse declarant, communi Electorum calculo. Recuperato enim imperio Occidentali à Carolo Magno, ad vitandam omnem posterum confusionem, primum quatuor Imperij electores constituti: deinceps ex totius orbis Christiani consensu instituti sunt septem Germania Principes, electores Imperij; nempe Rex Bohemia, Comes Palatinus, Dux Saxonia, Marchio Brandenburgicus, & Moguntinus, Coloniensis, & Treuirensis Episcopi. Quæ de re Cuspin. in Othone III. necnō Krantzius in Saxonia, & Cusan. lib. 3. cap. 4. Hi ergo VII. viri eligunt Imperatorem, et postea electū declarant, et notis supradictis confirmant. Inauditum vero est quemquam eorum adeo impudentem fuisse, ut Imperatore superiorem se esse dixerit, quod eum elegerit. Quid Moguntinus, ex Ecclesiasticis præcipuus, unctioe Casarem inaugurans, illo ne est superior? an non Casareæ Maiestatis obseruantissimus? Hadrianus III. & Leo III. Constantinum unxerunt, nec tamen illo superiores fuerunt. Ex antiquo instituto Persarū præferebatur ignis ante Regem Pasargadas proficiscentem, ut in templo Deæ armorum sacro à sacerdotibus cōsecraretur: ergo

prælatio ignis, & sacerdotum consecratio Regem constituebant? Minimè. Sed iam electum esse declarabant. Rex Gallie successione iure, non Episcopi Rhemensis unctio legitimus Rex censetur; Rex Hispania non ab Archiepiscopi Tolentani ministeriali unctio, sed ab ordinum beneuolentia regnum obtinet: idem de Hungaria, Portugalia, Anglia, Dania, Bohemia, Scotia, Suecia, Polonia & Dalmatia regibus statuendum; qui omnes ex iure gentium, & monarchie institutione, non Papa aut alicuius Episcopi unctio regnant, eisq; Ecclesiastici omnes, cuiuscumq; generis aut dignitatis fuerint, fideliter seruiunt: fidem obedientiamq; debitam præstant: deniq; Imperator Iustinianus, elexchum Bonifacij de unctioe soluit, l. i. Cod. de veteri iure enucleando: in qua non minus regiè, quam piè agnoscit potestatem imperatoriam, qua nulla in orbe Christiano superior, traditam sibi esse à Diuina Maestate, Deus enim, ut est Dan. 2. Regna constituit & transfert.

9. Quæcum ita sint, Hierarcha Romani, & assentatorum superbiam admirari satis non possum, qui translatione Imperij à Græcis ad Germanos Leoni III. adscribunt. Si transtulit Leo Imperium, aut suum fuit, aut alienum: Suum non fuit acquisitionis, vel successione iure, aut vigore donationis, vel legati, multo minus hereditatis possessione, aut virtute transactionis, aut modo quouis alio. Etenim Constantinus Magnus, Maximiano in Gallia subactò, Maxentio ad Pontem Miluium occiso, Licinio in Oriente profligato, viriusq; Orientalis & Occidentalis Imperij Augustus, solusq; Imperator fuit; prouincias diuisit, magistratus constituit, præfectos exercituum ordinauit, & uniuersum imperium possedit. Morti proximus, testamentum condidit, quo imperij Monarchiam, tanquam hereditatem, inter filios diuisit. Hi tres fuerunt, Constantius, Constantinus, & Constans, cui Africa, Italia, & Illyrici imperium legauit: Constantinus Gallia, Hispania, & Britannia principatum obtinuit, Constantinus vero Thracia, Asia & Aegypto imperauit. Mortuo Constantino, eius imperium ad fratrem Constantem delatum est; qui hac successione solus Occidentis Imperator est salutatus, sed à Magnentio opera Gaisonis est interfectus. Constantius fratris homicidam, & Imperij tyrannum bello persecutus est, & ad internecionem adiecit: sublatisq; aut deditioe captis illis omnibus qui imperio inhiabât, uniuersum Orientis, & Occidentis imperium adeptus est. Post eius mortem Iulianus Apostata imperium occupauit, & per continuam successione & possessionis seriem multi postea Imperatores illud obtinuerunt usq; ad Momyllum Augustulum, in quo defecit occidentale imperium.

10 Odoacer enim rex Herulorum Augustulum imperio spoliavit, & in Italia regnum constituit, cui Theodoricus rex Ostrogothorum successit, & deinceps pleriq; Italia Reges recensentur usq; ad Totilam, nomine & bellica feruore celeberrimum. Post eum Gothi ex Scythia, Græcia, & Pannonia sub auspiciis Alarici ducis erumpentes in Italiam; ea non cõtenti, regnum Gothicum in Gallia & Hispania constituerunt. Eodem fere tempore Vandali, ex Scythia oriundi, assumptis secum Sueuis & Burgundionibus, trãtecto Rheno, provincias vicinas, & Galliam deuastarunt. Vix dici potest, quam funestus fuerit tunc totius Italia, & præsertim Romæ status, quæ non imperij Occidentalis, sed Gothici regni sedes dicebatur. Episcopus Romanus miser, sæpè tanquã ouis aberrans, pulsus in exilium, & in cryptis latitans. Tãdem Imperator Iustinianus Belisarij, & Narses in industria, virtuteq; Longobardorum qui ei militabant, Italiam à iugo Gothorũ liberauit; sed Narses ignominiosè reuocatus Constantinopolim, ulciscendæ contumeliæ causa, Longobardos, qui in Pannonia sedes fixerant, ad Italiam inuadendam inuitauit; quam gens Longobardorum bellicosissima, claudibus superiorum bellorum exhaustam, & seditionibus, mutinisq; odiis conflagrãntem, facile in suam redegit potestatem; & regnum in ea exercuit usq; ad Desiderium postremum regem, à Carolo Francorum rege victum, & profligatum. Itaq; ex hac historia luce peritis omnibus nota, patet imperium Occidentis nullo iure ad quenquam Episcopum Romanũ antecessorem Leonis pertinuisse, multo minus ad ipsum Leonem; vix ambonem possidentem. Cuius igitur erat imperium? quis eius Imperator legitimus tunc agnoscebatur? Leo ipse in oratione quam habuit in conspectu Caroli, de suis calamitatibus, & acceptis vulneribus ab Hadriani antecessoris sui affinis, fatetur se debuisse his calamitatibus obrutum, ad imperatoris fidem auxiliumq; confugere, qui tutor ac patronus esset. Equidem absq; authentico mandato nõ potuit Leo transferre patroni ac domini sui imperium. Si mãdatum habuit, cur non exhibuit? si sine mandato transtulit, crimen læsæ Maiestatis incurrit. Mandatum nõ habuisse constat ex historiographis, qui testantur Imperatorem Constantinopolitanũ inuenem, & ipsam Irenem matrem suspectam habuisse Caroli potentiam, sæpèq; Romã misisse legatos, qui proceres cohortati sunt, vt in fide & subiectione legitimi Imperatoris, perseuerarent. Quibus vero argumētis euincunt Leonẽ imperiũ Carolo transtulisse? Apostolica, inquiunt, potestate, absq; mandato villo potuit rem alienã transferre. Est enim Apostolica potestas diuinũ & supremum ius nõ modo in priuatos homines, sed etiam in Reges & Imperatores Christia-



nos, ut exigente causa Christi & Ecclesie, possit eos regnis & imperiis exuere: eaq; regna & imperia alio transferre. Quae quaso est haec, nō Apostolica, sed piratica potestatis descriptio? Apostoli à Christo huiusmodi non acceperunt potestatem, nunquam exercuerunt, multo minus ad suos successores transmiserunt. noua ergo, prodigiosa, & portentosa potestas. Cuius quaso, Potificis opera translatum fuit Assyriorum ad Persas, à Persis, ad Gracos, Gracorum ad Romanos, à Romanis rursum ad Gracos imperium? Euoluant Chaldaeorum, Aegyptiorum, Gracorum, Latinorum scriptorū volumina, Biblia sacra omnia; imo si ita ipsis videtur, Rabinorum & Thalmudistarum commentaria, ne unicum quidem testimonium ex illis euincant, quo probare possint Apostolicam, quam obtendunt, potestatem, iure diuino, aut humano, vel aliqua gentis, quantumuis barbarae, institutione sustentari.

II Addunt negari non posse, Leonem misisse ad Carolum claues sancti Petri, vexillum urbis Romae, & Imperij, coronam eius capiti imposuisse. Sit ita sane, non propter ea sequitur imperium transtulisse. Nam coronatio Imperatorem aut Regem non facit, prius factum declarat; factum, inquam, victoria, successionis, aut electionis iure: neq; Episcopus per coronae administrationem plus confert Regi, quam sponso vel sponsae per manus copulationem. Ineptum certe esset dicere Episcopum matrimonij esse auctorem, quod manus contrahentium matrimonium in Ecclesiae theatro copulet; sed ineptius multo, affirmare Episcopum monarchiae esse auctorem, quod coronam monarchiae imposuerit. Patriarcha Constantinopolitanus olim Imperatorem Orientis coronabat, ut Ecclesiae minister, non imperij auctor. Archiepiscopus Mediolanensis coronam ferream Carolo Modicia imposuit, nec ideo dicitur Longobardicum regnum ad eum transtulisse. Corona enim non est Episcopi, est imperij, est regni. Quid ergo? vexillum urbis Romae, & claues S. Petri transtulerunt imperium à Gracis ad Germanos? Quid vexillo, aut clauibus commune cum imperio? Quid si aliquis sic ratiocinaretur: Clauibus Petri ius excommunicandi transfertur: Claues Petri misse sunt ad Carolum: ergo ius excommunicandi translatum est ad Imperatorem, vel in hunc modum; Vexillum urbis Romae, est signum imperiale; Vexillum missum est ad Carolum; Ergo imperium ad eum translatum. Sed huiusmodi ineptiis omisissis, ferula dialecticorum dignis, audiamus, quibus medijs & rationibus regnum Italiae, & imperium Occidentis ad Carolum sui translatum.

12 Multa & graues causa ab historiographis narrantur, propter quas  
Carolus

*Carolus in Desiderium Longobardorum Regem arma sumpserit. Is libidine imperii adipiscendi stimulatus, Rempublicam & Ecclesiam Italia valde perturbavit: Constantinum quendam contra statuta ecclesiastica Romanum pontificem, opera Totonis Ducis Nepefina, constituerat in hunc finem, ut ministrum sibi desiniret, ad ea exaequenda, quae ad imperium occupandum, facerent: Romani postea optimates, et inter eos Christophorus Primicerius, eiusque filius, adulterinum pontificem abrogarunt, et in eius locum Stephanum tertium delegerunt, et consecrarunt. His rebus auditis, postquam Desiderius spe et conatu suo se depulsum animaduertit, omnes eos, qui consiliis suis refragari possent, constituit de medio tollendos. Itaque Christophorum Primicerium, et eius filium, multosque alios optimates Romanos, per insidias et dolo malo trucidari curavit. Romam sic perturbata, vi in Exarchatum, quem Pipinus pater Caroli, Stephano dederat, irrupit; Ferrariam, Comaclum, et Fauentiam inuasit, et bellum in Rauennam transtulit, depopulationibus et caedibus modum non imponens. Mittuntur legati à proceribus, et ab Hadriano ad Carolum crebri, interpellantes eius opem et auxilium: (nam Imperatores Orientis iam dudum ita se gesserant, ut ab illis auxilii nihil esset expectandum) et Imperatrix Irene, quae tunc rerum potiebatur, muliebri animo ab armis abhorrebat, neque propterea Carolus in Desiderium mouit, sed ad eum legatos misit, qui animum demulcerent, et rogarent ut quatuordecim millibus solidorum acceptis, à proposito desisteret; ea restitueret Ecclesia quae parentis Pipini liberalitate donata erant; sed audacior factus, in Carolum inique et perfide egit. Bertam enim Carolomani uxorem, cum liberis apud se recepit, eosque per pontificem Reges Galliae consecrari pertentauit, simulatoque voto, ad limina Apostolorum visitanda, Romam pacato agmine se contulit, ut Hadrianum cogeret imperata facere, et Carolomani filios Reges proclamare, sicque Galliam bello civili implicare. Sed praefectus urbis, detecto dolo, praesidius portas munivit, et Desiderium retrogredi coegit. Quamobrem Carolus concilium Francorum aduocauit, atque ad eos de postulato procerum Italiae, et Desiderii scelere, retulit. Itaque omnium sententiis decretum, ut ingens militis delectus haberetur ad Longobardum in ordinem redigendum, ad quem iterum Carolus legationem misit, et pecunia summam antea oblatam, rursus obtulit, ut per vim adempta restitueret, et quiesceret. Ille nihilominus, etsi Gallorum exercitum Alpes superantem cernebat, viribus suis confidens, armis experiri decreuit; sed victus, et deditioe captus, et se, et regnum Longobardorum perdi-*

dit. Non igitur inique vel temere, non vnus Hadriani, sed procerum vrbis Romæ voto; non arbitrio proprio, sed ex Francorū decreto; non latrocinio, sed iusto bello, & tandem Ducum Longobardorum consensu, Carolus regnum Italiae obtinuit.

13 Quod attinet ad Occidentis imperium, antea vidimus à gente barbara occupatum fuisse, sed Carolus insigni virtute, Aquitania ab Hunuldo armis recuperata, Hispaniam non sine suo & procerum Francorum sanguine, à manu Gothorum redemit: Saxonū & Westphalorum gentem bellicosissimam, tuncq; nomini Christiano insensissimam, ancipiti bello tandem domuit, & ad Dei veri cognitionem perduxit, non tam armis, quam pietatis documentis: Bauaros & Hungaros bello periculosissimo subegit; deniq; imperium Occidentis recuperavit, quod Imperatores Orientis, impotentia vel socordia sua, ab hostibus non vindicauerāt, ferè trecentorum annorum curriculo. Sic igitur virtute & pietate Caroli, Imperatoria Maiestatis nomen, quod à Monillo in Occidente defecerat, renouatum & instauratum est; non Leonis aut Papæ alicuius beneficio, qui tantum abest, vt pro Imperij recuperatione Carolo aliquid contulerit, vt à Paschali & Campulo Romæ in omnium conspectu correptus, in terram abiectus, vestibus pontificalibus exutus, diris vulneribus affectus, totus sanguine madens, & semianimis, arctæ custodiæ traditus, & ab ea nonnullorum auxilio dilapsus, squalidus, & miser ad Carolum profugerit, opem auxiliumq; eius implorans, vt in integrum restitueretur. Itaq; Carolus, propter res præclarè gestas, Magnus, dictus, omnium Occidentis procerum, & vrbis Romæ calculo, die Natalitiorum Domini 801. Leone ministro diademam imponente, & vniuerso populo ter voce clarissima acclamante, Coronatus est à Deo, & Imperator Occidentalis Imperii constitutus. Quod Nicephorus & sequentes Orientis Imperatores ratum habuerunt, facta cum Carolo Magno transactione; sicq; acquisitionis & victoriæ iure, & pacto irrenocabili, translatum est imperium ad Carolum, & ab eo ad Germanos Imperatores. Capti enim iusto bello, efficiuntur capientis. Si enim, vt docet l. naturalem ff. de acquirendo rerum dominio, capti in bello iusto serui efficiuntur capientium; multo magis regnorum dominia, quæ iusto bello capiuntur, ad capientem transferuntur. Natura enim omnes liberi sumus; & seruitus personarum iure gētium inducitur contra naturam, regnorum vero & prouinciarum, quæ iure gentium acquiruntur, occupatio, iuri naturali non adeo repugnat. Itaq; si licita est personarum seruitus, quæ bello iusto acquiruntur, eodem magis licita fient regnorum dominia.

14 Sed expendamus reliqua Hierarchia Romani pro Ecclesiastica potestate, in civilem potestate differentis, argumenta. Qui aliteri, inquit, soluit decimas, eo ipso proficitur se inferiorem, ad Hebr. 7. At Reges & populi solvunt Ecclesiasticis decimas; Sequitur inferiores esse Ecclesiasticis. Maiorem sic distinguo: Tur a sepe. Tentur caeremonialia, in Israelitica Republica de decimis tribui Levitarum per solvendi concessu, ea locum obtinere in Republica vel Ecclesia Christiana, per nego. Non enim reperio Apostolis, vel Ecclesia primitivae rectoribus decimas fuisse per solutas: scio equidem aliquot post seculis privilegio Imperatorum, & populi Christiani liberalitate, Ecclesiasticis decimas esse concessas, ut ex illis honestè alerentur, qui sermoni, orationi, & politica ecclesiastica incumbant. At ego argumentum sic retorqueo: Beneficium decimarum concessum est propter officium, id est, in stipendium eius qui officio fungeretur: Hierarchia Romana, & maior pars a secularum, nihil minus curant, quam verbi Dei ministerium, officij laborem subterfugiunt, utilitatem tantum expetunt, se ipsos, non gregem Domini pascunt: indigni ergo quibus praestentur decima. idq; Canonistarum regulis probatur: Privilegium meretur omnino amittere, qui permilla sibi abutitur potestate. 11. q. 3. Itē, Denegandum ei beneficium, qui non praestat officium. An vero illud, & quomodo à seculis multis praestent, dignum est Prosperi testimonium, quod hic describatur ex lib. 2. cap. 21. De vita activa & contemplativa: Non gregem Domini, inquit, qui nobis pascendus tuendusq; commissus est, sed nostras voluptates, dominationē, divitias, & caetera blandimenta carnaliter cogitamus; pastores dici volumus, nec tamen esse contendimus. Et paulo post: Quis futurum esse non credat, quod dicit Dominus, Nisi qui Deo non credit? Quid autem dicit: Va pastoribus, istud vx pro maledicto poni, et pastorum nomine nos significari quis non intelligat, nisi qui futurum non cogitat? greges Domini pascendos, pastores facti suscipimus; nos ipsos pascimus, quando non gregum utilitati prospicimus, sed quid foveat & augeat nostras voluntates attendimus. Lac & lanas ovium Christi, oblationibus quotidianis, aut decimis fidelium gaudentes, arripimus, & curam pascendorum gregum, ac rescindendorum, à quibus, peruerso ordine, volumus pasci, deponimus. Haec tenus Prosper: ex cuius verbis iniquitas euincitur Episcoporum, decimas repentium, & officio suo non fungentium. Va (Ezech. c. 33) ait Dominus pastoribus, qui pascunt semetipsos, lac comedunt, & lanis gregis operiuntur. Quod impinguatum est, occidunt gregem autem meum non pascunt. Sed demus Romanensibus & decimas, & officium, quid inde sequetur? Imperator praefectis suis, Respub. mi-

ministris suis, Ecclesia Pastoribus officium præstantibus, soluunt decimas: ergo ministri in dominos, præfecti in Casarem, pastores in Ecclesiam exercent imperium? Quis adeo vecors erit, qui non deprehenderit huiusmodi argumentum sculneum esse?

15 Vitreum vero est omnino, quod additur de immunitate ecclesiasticorum, tam in personis eorum quam in bonis, nullis tributis obnoxiiis, ex qua, inquam immunitate, Ecclesiasticam potestatem, omni regia potestate superiorem faciunt. At Christus & Apostoli tributa persoluerunt & vectigalia. Reddite Casari quæ sunt Casaris, ait Christus Matth. 22. & Paulus Rom. 13. Cui tributum, tributum. Tributa enim testimonia sunt subiectionis, quæ regibus & principibus debetur. Narrat quidem Iulius Casar in Commentariis, Druidas Gallorû sacerdotes tributum non persoluisse; nec mirum: nec enim agros, nec domos possidebant, & more Hebræorum sacerdotum ex oblationibus & sacrificiis vitam sustentabant. Inter Christianos Imperatores primus fuit Constantinus Magnus, qui Ecclesiasticos immunes fecit ab oneribus personalibus & sordidis. Personalia sunt, quæ industria animi & labore corporis perficiuntur: sordida sunt, ut coquere calcem, fodere arenam, custodire aquæ ductum, & alia huius generis: ab iis oneribus merito eximuntur ecclesiastici, ne sacrosanctum ministerium vilescat. Qua de re extat l. 1. & 2. Cod. de Episcopis & clericis. Olim etiam cum pauperes essent Ecclesie Christiana, ministri liberati sunt ab extraordinariis tributis, à Theodosio Magno & Honorio, necnò ab exactoribus quæ propter res sordidas, fiebant, ut ministerium Ecclesie commodius & dignius obirent: deinceps fuit eis concessum agros & bona possidere, hac tamen lege, ut fide clientelari in possessionem admitterentur, l. 3. C. de Episcopis & clericis. Quod si grauis calamitas Rempublicam inuaserat, imò si munienda erant itinera, vel sternendi pontes, aut naues adificanda quibus exercitus transmitteretur, immunes non erant ecclesiastici a tributis, ut patet ex Leonis & Anthemii Imperatorum legibus, l. si diuina, Cod. de exact. tribut. quod Iustinianus postea sanciuit Nouell. 131. cap. 5. denique Ambrosius in epistola ad Auxentium, testatur Ecclesie agros suo tempore tributum persoluisse, neque immunes fuisse a regali potentia. Tributa enim & vectigalia sunt Reipublicæ nerui, quibus si destituitur, diu stare non potest; & qui ea soluere detrebet, non ciuis, sed hostis est iudicandus. Etenim magistratus non leue pondus sustinet, oppugnando malos, & bonos tuendo: prospiciendoque ne quid detrimenti Reipublica capiat. Non frustra igitur præcepit Deus, ut non solum cola-

tur, sed ei vestigal persoluatur ab omni homine, cuiuscumque sit ordinis vel conditionis.

16 Ex quibus testimoniis, omni exceptione maioribus, constat personas, & bona ecclesiasticorum immunita omnino non fuisse a tributis. Primus qui ausus est Imperatori tributum denegare, fuit Urbanus secundus. Is vestigia sequens Gregorii 7. & Victoris 3. antecessorum, in Henricum 4. Imperatorem fulminatus est, & interdixit, ne ecclesiastici tributa persoluerent, c. tributum, §. quamuis, 23 q. 8. In hoc canone sic legimus: Tributum in ore piscis, piscante Petro, inuentum est: quia de exterioribus suis, quae palam cunctis apparent, Ecclesia tributum reddit. At Urbanus in d. s. contra differit, quod bona Ecclesia subiicienda non sint imperialibus exactionibus. Nam cum, inquit, tempore famis, cunctorum Aegyptiorum terram sibi emeret Pharaon, atque sub eadem fame sua seruituti cuncta subiiceret, sacerdotibus ita necessaria subministravit, ut nec possessionibus, nec libertate nudarentur, Domino ex tunc pronuncianti, Sacerdotes in omni genere liberos esse oportere. Haec sunt egregiae rationes, quibus Papa Romanus tributum Imperatori soluendum non esse ab ecclesiasticis decreuit. Hoc decreto PP. imperium, & uniuersam Rempublicam Christianam valde commouit; & ideo Benno in vita Gregorii 7. non Urbanum, sed Turbanum, vocat. Innocentius 3. decretum de immunitate ecclesiasticorum renouauit, quod legitur c. 1. extr. de immunit. Eccl. idque eo tempore, quo Christiani principes dissensionibus civilibus inter se confluebant, & Respublica Christiana, tutore destituta, mutuis vulneribus afficiebatur. haec nempe fuit antiqua piscatoris Romani industria, hamum in mare turbidum semper iniicere, & utiliter pescari. Tertius fuit Hierarcha, Bonifacius octauus, qui cum inuicem commisisset Albertum Austriacum Imperatorem, & Philippum IIII. Galliae Regem, decretum promulgauit de immunitate ecclesiasticorum, quod extat can. clericus, De immunitatibus Eccl. in Sexto, libro 3. titul. 23. Dignum certe patella operculum. Hi sunt auctores a quibus repetitur illa ἀλειτουρυσία, quae Imperatoria, Regia, & politica omni potestati opponitur, contra Dei verbum, & Ecclesiae primitiuae usum, contra Imperatorum sacras Constitutiones, & ordinationes Regum politicas.

17 Excipiunt, & donationem Constantini Imperatoris proferunt, quas & dominium supremum, & dignitas Ecclesiasticis suprema tribuitur. De sigmento Constantinianae donationis scripserunt viri eruditi, & inter ceteros

Franciscus Hotomanus in Bruto fulmine. Ego pauca quedam notabo capita, que ex historia veritate observavi, & hanc fabulam aperte refutant. Profuerunt instrumentum donationis in formam edicti, datum sub 3. diem Cal. April. Constantino quater & Gallicano consulibus, anno non notato, quod valde suspectum est. Magna enim adhibenda est diligentia in actionibus Imperatorum notandis, præsertim cum de re graui agitur. Chronologia vero docet Constantinum quater Consulem Romæ fuisse cum Licinio, antequam Gallicanus Consul designaretur 13. Cal. Martii. anno 318. non cum Constantino, sed Basso. Subsequente Maio Gallicanus consulatu se abdicauit, & Basso soli præfecturam orbis reliquit. Constantinus vero sexto idus Maii eiusdem anni discessit Romam, Illyricum versus, ad incursiones Barbarorum reprimendas, quibus debellatis, Romam anno 319. rediit, & quinquies cum Licinio tunc consul fuit. Sed quid? Papa notarius qui hanc donationem effinxit, Chronologus non fuit. Crassissimum item est mendacium, quo affirmatur Constantinum à Syluestro Episcopo Romano, fidem Christianam didicisse, & lepra curatum esse. Cum enim Constantinus in Maxentium mouisset, & viso nocturno fluctuaret, diuini verbi interpretes Christianos adhibuit, à quibus de doctrina Christiana instructus, fidei Catechumenus factus est; victoque Maxentio, statim libertatem Christi colendi dedit omnibus: Episcopos pios & doctos coluit, & imprimis Miltiadem Episcopum Romanum, quem familiarissimum habuit, quamdiu vixit. Eo adhuc superstite, Constantinus concilium habuit Romæ contra Donatistas, hincque satis constat quam magnos progressus in religione Christiana tunc fecisset. Mortuo Miltiade, Syluester in eius locum successit, quem Constantinus coluit, & donis multis affectit, ut testantur historiae probatæ, in quibus ne verbum quidem reperitur Constantinū in Syluestri ira commotum fuisse. Cur ergo is fugisset in montē Soractes, persecutionē Constantini fugiens? cur cum clericis suis Ecclesiæ Rom. ministeriū deseruisset? aut si vi persecutionis Constantiniana fugiendū erat, cur non potius in locum tutioris accessus, in quo Deum colere possent? Plin. lib. 7. c. 2. scribit: Soracte montē esse Faliscorū Apollini sacrum, circa quē fiebat sacrificiū annuum; in quo Hirpia familia, super ambustam lignorū struem ambulantes, non adurebantur. Et ad id videtur Virgil. ad ludere. II. Aeneid. Summe Deus sancti custos Soractis Apollo. Ergo Petri successor ad montē Apollini sacrū confugit, tanquam ad aylum? Constat. n. tunc temporis sacrificia Ethnicorū eo in loco perdurasse, quod si Ecclesiā Christianam etiam ibi extitisse dicant, id chronico aut testimonio antiquorum necesse est probare, aut mendacium confiteri. Ex eadem officina prodiit mem-

*ascium, quo asserunt Syluestrum eductum esse è suis latebris iussu Constanti-  
 ni ut eius lepram curaret. Hoc morbi genere Constantinum laborasse ne  
 syllaba quidem una in historiis: valdeque deplorandum pontificum Romano-  
 rum impudentiam eo deuenisse, ut fictis morbis, & persecutionis commentitiis  
 mendacis ei Imperatori labem aspergant, qui Ecclesia Christiana, primus  
 post Deum parens, & vindex fuit. Hæc scilicet est gratia quam suo benefa-  
 ctori rependit. Sed age, cum morbi testis nullus idoneus fuerit, quo indice facta  
 est curatio? Petro & Paulo (ait notarius Apostolicus) Qui vero scire potuit  
 Imperator, prædictos qui sibi apparuerant, Apostolos fuisse, quos nunquam vi-  
 derat? Per imaginem (inquit) quam Syluester ei exhibuit, agnouit Petrum &  
 Paulum. At omnes historiographi testantur Constantinum, Deo & eius verbo,  
 non imaginibus fidem adhibuisse, visiones nocturnas & diurnas libere fami-  
 liaribus communicasse: de hac autem Petri & Pauli apparitione, alium in hi-  
 storia silentium: arcanum scilicet, nemini cordato reuelandum. Quibus vero  
 medicamentis curata fuerit lepra, operæ pretium est intelligere, nempe cilicio,  
 manuum impositione clericorum Syluestri (dignus enim non fuit Imperator  
 qui manu summi sacerdotis tangeretur) baptismo, & piscina. Quo vero loco  
 facta sunt hæc omnia? In monte Soractis (ait notarius Apostolicus) At in monte  
 illo piscina vel fons fuit, qui sole oriente exundabat aquam feruentissimam,  
 quam aues gustantes iuxta mortua iacebant, teste Plinio lib. 3. cap. 2. Lethale  
 igitur fuisse Imperatori illa piscina uti. Quod ad baptismum attinet, probatis  
 auctores meram esse fabulam docent, asseruntque Constantinum nunquam  
 baptizatum fuisse, nisi in extremo vitæ articulo. Audiamus Eusebii Casarien-  
 sis testimonium, qui vitam Constantini Magni inter ceteros omnes historiogra-  
 phos diligenter est persecutus. Cum in suburbano, inquit, Nicomedia iaceret  
 Imperator, & sentiret finem vitæ instare, Episcopos ad se vocatos sic est effa-  
 tus: Hoc est tempus salutis, quod a Deo consequi dudum exoptavi: tempus est, ut  
 insigni immortalitatis ac sigillo salutis afficiar. Hoc in amne Iordane facere  
 statueram, in quo etiam Saluator ad nostrum exemplum, lauacrum adeptus  
 esse dicitur: quoniam tamen Deus, quod utile est, videns, his nos hoc in loco di-  
 gnatur, nulla dubitatio relinquitur. Si enim qui vitæ mortisque dominus est, me  
 superstitè esse, et cum populo cõuenire, et precationibus unã cum omnibus interesse  
 voluerit, viuendi leges Deo cõuenientes, mihi constituã. His dictis, illi solemnibus ad-  
 hibitis ceremoniis, instituta diuina explerunt, et arcana cõmunicarunt. Ita solus  
 omnium a seculo Imp. Constantinus in Christi martyriis regeneratus, initiatus,*



& diuino sigillo affectus. Hæc Eusebii comprobant Græci scriptores, Socrates, Sozomenus, Theodoretus & Euagrius, quibus de baptismo Imperatoris testantibus, credendum potius quam notario Apostolico, multorum falsorum reo, ut supra vidimus. Sed reliqua persequamur mendacia. Constantinus (inquit) edicto sancit, ut omnes Episcopi Catholici superstites & futuri, subiicerentur Syluestro Episcopo Romano, & eius successoribus. Quo testimonio id probatur? ex edicto donationis Constantini. sed illud falsum esse constat ex iis quæ hætenus dicta sunt; & ex principio falso, consequentiæ veræ elici non possunt. Theodosius & Iustinianus præcipuas Constantini Magni Constitutiones in Codicem retulerunt, quæ de religione & priuilegiis Ecclesiasticorum facta sunt: de hoc principatu, quem obtinent a Constantino in omnes collegas concessum fuisse Episcopo Romano, ne quædã quidem: uterque Catholicus & pius princeps fuit, nec priuilegium hoc abrogari passus fuisset in fraudem Pontificis Romani, si unquam concessum fuisset: multo minus ipse Imperator Constantinus, qui interfuit concilio Nicæno, sua autoritate comprobasset politiam a patribus constitutam, huic principatui contrariam, si illum Syluestro antea tribuisset. Victor & Vincentius presbyteri Ecclesiæ Romanæ legati ad concilium Nicænum, eius actis post Osum Episcopum Cordubensem subscripserunt, inferiori loco sederunt, & Eustathium Antiochenum, præsidem Concilii agnouerunt; de hac Constantini donatione mentionem nullam fecerunt: ipsemet Syluester in literis quas dicitur ad synodum Nicænam scripsisse, de hoc principatu in omnes collegas, prorsus obmutescit. At, inquit Remanenses, Constantinus post concilium Nicænum, ex Oriente rursus Romam venit, & tunc Syluestrum hac donatione donauit. Mendaces certe memores esse oportuit: datum enim Constantiniana donationis annis septem ante Nicænum concilium inscribitur. Sed hoc crassum de principatu in omnes Episcopos mendacium, altero crassiori mendacio refellitur, quo notarius Apostolicus affirmat, ex Satrapum Senatusque imperialis iudicio, Constantinum dominatum & imperium concessisse Syluestro & successoribus suis; quodque ei dono dederit palatium Lateranense, superhumeralia, mirram, lorum, torques, sceptrum, diadema, quodque Phrygium ex pennis pauonum factum imposuerit vertici Papæ, & frænum equi tenuerit. Testantur contra omnes historiographi, Senatam imperii, & fere proceres omnes tunc Christianis insensissimos fuisse: sacrificia enim Ethnicorum passim in ciuitate Romana primum locum obtinebant; eorum sacerdotes

Capito-

Capitolium incolebant, & summo honore, præ cateris Ecclesiæ Christianæ Antistitibus, excellebant. Imperator quidem pius erga hos benignus fuit; sed quis sibi unquam persuadebit Senatam Imperij Christianæ Religionis tunc hostem, imperialem dignitatem Syluestro adiudicaturum fuisse, etiam si Imperator edixisset? At res aliter se habet. Scitum est illud, Mundus binum solem, nec imperium Imperatorem binum ferre potest; item, Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis. Quod certe ut in Alexandro, sic in Constantino Magno verissimum fuisse testantur historia. Maximianum enim socerum, & Licinium uxoris suæ maritum, consortes imperij non tulit, & utrumq; sustulit: Crispino etiam filio, iuuenili libidine imperio inhianti, non pepercit. Quod attinet ad donationem palatij Lateranensis factam Syluestro, ut ait notarius Apostolicus, id falsi arguunt Pontificij scriptores; inter quos Carolus Sigonius lib. 3. De Occidentali imperio, hac de re sic scribit: Miltiadi cum prædia multa, tum imprimis augustale Palatium in Laterano impertit. Si Miltiadi dedit, cur peruertitur temporis ordo? Si dicant Syluestrum heredem fuisse Miltiadis, non ergo propter curationem lepræ facta est hæc Laterani donatio. Quod si facta fuit Miltiadi ab Imperatore, parum eius Maiestati conueniebat, rem antea antecessori donatam, successori & heredi iterum dono dare, præsertim ei, à quo & fidem Christianam, & valetudinis restitutionem accepisset. Verum (ait notarius) Imperator beneficij à Syluestro accepti memor, dedit ei diadema, superhumeralis, mitram, lorum, torquem, sceptrum, & Phrygium factum ex pennis pauonum. Munus certe hoc postremum, Pyrricharius, non pontificibus dignum, Empiricus ut indignum respuisset, & tu Hierarcha Romane de illo gloriaris? Cur non potius ex pauonibus humilitatem discis, qui plumas extendentes, & pedum suorum deformitatem intuentes, illas statim demittunt? Cur in memoriam non reuocas te Presbyterum tantum esse Ecclesiæ Romanæ? cur pennas pauonum in vertice tuo gestas; pedes tuos, id est, originem tuam nunquam attendis? An non te puadet in illis extollere, in quibus nulli nisi fatui gloriantur? At dederit Constantinus Syluestro & successoribus suis pennas pauonum, quas per me licet ut in vertice gestent; reliqua nihilominus ornamenta illis concessa esse ab Imperatore refragatur veritas historia, repugnat ratio, & ipsa religio Christiana detestatur. Etenim tempore Constantini Magni superhumeralis nullus fuit vsus apud Imperatores; mitra nomen erat inauditum apud Episcopos Christianos, multis post seculis: hæc omnia mutuati sunt à Iudæis, qui summos sacer-

doti mitram & super humerale componebant. Sigonius lib. 1. De Occidentali imperio, testatur Imperatores ante Diocletianum contentos fuisse chlamyde purpurea, & Constantinus triumphans de Maxentio ornatus est à Senatu, & populo Romano elogis tantum, arcu, & statua; ab uniuersa vero Italia, postquam eius vrbes afflictas recreasset, decoratus est columna, scuto & corona aurea. Quod ad sceptrum attinet, Iustin. lib. 43. Linius, Appianus, Tacitus, Valerius libr. 5. c. 7. testantur antiquos Reges Græciæ pro diademate scipionem gestare solitos, quod Græci dicebāt σκῆπτρον, Romani, coronam auream, pateram & sceptrum eburneum trans mittebant ad eum, cui dignitatem regiam conferrebant, postea addiderunt curulem sellam. Ea vero Imperatoris insignia, quæ in donatione Constantini recensentur sunt ex institutione Caroli Magni, ut antea dixi: neq; dubitandum est notarium huius figmenti, antiquitatis imperitum, ea tantum in suo instrumento descripsisse, quæ suo tempore in usu erant; sicq; portentosa pro veris mendacia inseruisse. Rem ita se habere, comprobatur magis ac magis quod additur, Constantinum Syluestro dedisse principatum in quatuor sedes, Constantinopolitanam, Antiochenam, Alexandrinam, & Hierosolymitanam. At Constantinopolitana vrbs in rerum natura nulla erat eo tempore, quo donatio Constantini facta esse effingitur, scilicet mense Martio anno 318. ut supra notatum est. Conciliū enim Nicænum à Constantino conuocatum est anno 325. vel secundum Mar. Scoti Chronica 337. anno. Ex cuius actis patet Constantinopolitanum Patriarchā imo ne Ecclesiam quidem Constantinopolitanam tunc extitisse in uniuerso orbe, hincq; ut hoc obiter attingam, epistole cuiusdam falsitas deprehenditur, quæ inserta est primo tome Conc. pag. 270. quam conscriptam esse fingunt à Synodo Nicæna ad Syluestrum Papā; & in ea nominant Macarium Episcopum Ecclesie Constantinopolitane, quem ex historia & subscriptionibus Concilij Nicæni constat fuisse Episcopum Hierosolymitanum. Hæc est Pontificiorum conscientia, qui Conciliis addiderūt & detraxerunt pro arbitrio, ut per fas & nefas Hierarchiam suam tuerentur. Igitur, ut ad propositum redeam, celebrato Concilio Nicæno, Imperator Romā rursum profectus est, et Republica ordinata, in Orientē rediit, nouamq; urbem, sedem Orientali imperio condere statuit, & a se appellare. Id cum Illo & Chabcedone pertentasset, & non pro voto succederet, anno 328. Byzantium in Thracia ad Propontidem sitā & à Seucro Imperatore annis sequentib. solo ad æquata in instaurare cœpit, & ad aliquam adificiorum formā adductam, in Republica formam redegit, biennio post, à suo nomine Constantinopolim vocauit,

postea

postea metropolis dignitate decorauit, & Metrophanem ibi Patriarcham constituit. Hæc facta fuisse vigesimo quinto imperij anno D. Hieronymus diserite notauit in Chronicis; & plerique alij probati auctores. Denique uerum est illud mendacium, quod in fine donationis Constantinianæ additur, Dominum urbem Romanam concessum fuisse Syluestro, & eius successoribus. Constantinus enim post Nicænum Concilium Romam, ut dixi, reuersus, & ab ea quam nunquam postea uidit, in Orientem profectus; Imperium Occidentis, cuius sedem Romam esse uoluit, in prouincias diuisit, præfectum qui uices suas referret, in ea ordinauit, Senatuum urbis pro uoluntate constituit, qui ex præscripto constitutionum Imperialium ius diceret. Sublato è uiuis Constantino, cui filius Constans Romam possedit, & ad suos hæredes transmisit, qui usque ad Momyllum ea potiti sunt; deinceps Gothi & Longobardi eam occuparunt, ut dictum est supra. Quamobrè hæc pauca dicta sunt, ad refutationem huius donationis, fictæ & portentosa. Cæterum de alijs donationibus à diuersis Imperatoribus factis, quas pro immensa sua dignitatis et immunitatis patrocinio in medium adferunt Romanenses, hoc tantum dicam, ex regulâ iuris; Is qui semel malus deprehensus est, præsumitur semper malus in eodem mali genere; neque difficile esset probare multas donationes adulterinas, & instrumenta falsa ad suam tyrannidem sulciendam, à Romanensibus esse productas. Sed etiamsi principum liberalitate multa obtinuerint, hoc Theorema pono iure diuino, & ciuili confirmatum. Priuilegia principum contra ius diuinum concessa, & Rempublicam perturbantia; necnon eos quibus largita sunt deteriores reddenda, renouanda esse. Constat uero ab illis seculis, quibus Episcopus Romanus cum suis subductus est à legitima Imperatorum & Magistratus ordinarij potestate, eos Ecclesiam & Rempublicam pessimo exemplo, audacia, libidine, & seditione corrupisse. Capite enim malis humoribus corrupto, cætera corporis membra corrumpuntur. Itaque non Hierarchia tantum Romanus, sed Hierarchia omnis, ad politam Apostolicam & Ecclesiam Christianam puram, normam, uerbo Dei, & sanctis legibus constituta; refario renouanda est, & reformanda, de quibus in sequentibus dicere instituumus.

## CAP. XII.

- 1 Quæ res presbyterio subiiciantur.
- 2 Primum presbyterii Christiani officium est, curare ut uerbum Dei populari lingua pure doceatur, ut sacra signa administrantur, neque ad eorum communionem recipiantur Catechumeni, nisi edita fidei confessione, &c.
- 3 Alterum officium est dispicere ne communio Ecclesie perturbetur ab hæreticis & sceleratis hominibus: & de methodo exercenda discipline.

- 4 Tertium officium est consolari mente vel corpore affectos, pauperumque necessitatibus prospicere ex aëratio ecclesiæ.
- 5 Presbyterii præses qui a Iustino Martyre dicitur *magister*, non erat collegarum dominus, sed vnitatis dux, teste Cypriano.

**R**oblema est Apostolicum, Vnusquisque in qua vocatione vocatus fuerit, in ea maneat. Nam si nauta crepidam, & sutor nauiem curat, terrestri & maritimo incedere vestigio graue erit & periculosum. Non ergo sunt confundenda vocationes. Vt enim in cantu & vocibus concentus est quidam tenendus, quem immutatum & discrepantem aures erudite ferre non possunt, isq; concentus ex dissimilimarum vocum moderatione concinit: ita ex functionibus variis, isq; distinctis, cum quisq; id, quod vocationis est suæ, diligenter curat, arctissimum fit in Ecclesia & Republica vinculum incolumitatis. Itaque quæ harmonia à musicis dicitur in cantu, ea est in ciuitate Dei, ciuilibus & Ecclesiastica potestatis distinctio, & synœra functio. Episcopus maneat in Ecclesia & Presbyterio, cui subiicitur rerum spiritualium administratio: quæ sunt doctrina sacra, Baptismus, & Sacramentum corporis & sanguinis Domini, Ecclesiæ communicatio, clauis aperiendi & claudendi, ligandi & soluendi in celo & in terra; & vt verbo dicam, eorum omnium, quæ ad salutem animarum pertinent, œconomia. Etsi enim functiones Ecclesiastica distincta habent sua munera, de quibus supra sigillatim dictum est, communi tamen studio incumbere tenentur, & prospicere in presbyterio, vt decenter, piè, & conuenienter omnia fiant in Ecclesia.

2 Primum ergo Presbyterij munus esto, curare vt verbum Dei incorruptè & assidue doceatur in conuentibus sacris; qui, teste Tertulliano, in primitiua Ecclesia, stationes vocabantur, quod vt militibus, sic Christianis certa loca designabantur, ad quæ conueniendū erat: & stando sermoni & precibus incumbabant, tanto ardore, vt stationes plerumq; in vesperam producerentur in ieiunij publici celebratione. Stationis dies erat in primis dies Dominicus, quo lingua populari verbum Dei legebatur, & ab Antistite exponebatur, iuxta Apostoli doctrinam in 1. ad Corinth. cap. 14. Nisi sciero (inquit) vim vocis, ei ero qui loquitur barbarus, & qui loquitur, apud me barbarus fuerit. Quem locum Hieronymus exponens grauiter inuebitur in eos, qui orant aut psalmos canunt in Ecclesia peregrino idiomate (quorum cantus, vt ait Tertullianus in libro De velandis virginibus, olim frequens erat in Ecclesia.) Et ideo transfuit Biblia in sermonem Illyricum, vt Dalmatis consuleret. Iustini-  
nianus

nianus Imperator constitutionem edidit Nouell. 146. qua iubet ut Scripturae sacrae legantur idiomate vulgari, & voce auditoribus magis commoda & perceptibili. Carolus Magnus in tertia Synodo Turonensi, curauit decerni ut Episcopi uterentur Homiliis vulgari idiomate conscriptis, qua doctrinam fidei & admonitiones ad pietatem necessarias, completerentur. Huius Imperatoris Christiani vestigiis insistens Carolus quintus, cognomento Sapiens, sacras Scripturas curauit conuertendas in vernaculam linguam Francicam, circiter annum 1366. Denique haec in primitiua Ecclesia sancte obseruata fuisse docet Iustinus Martyr secundo Apologetico. Die, inquit, qui Solis dicitur, omnes tam qui in oppidis quam qui in agris degunt, in unum conuenimus, & ex commentariis Apostolorum vel Prophetarum scriptis recitatur quantum licet; deinde, ubi destitit qui recitat, Antistes orationem habet, qua admonet, hortaturque ad pulchrarum illarum rerum imitationem. Postea omnes vnà surgimus, & precamur; postquam autem à precibus destitimus, profertur panis, & vinum, & aqua: Tum Antistes similiter precatur, & gratias agit quanta potest contentione, populusque acclamat, dicens, Amen; & iis super quibus acta sunt gratia, vnusquisque communicat. Hic Iustini locus ad primè notandus, ad verbi Dei & Sacramentorum legitimam administrationem, & communionem exercendam. Paranesis enim diligens ante omnia precedere debet, ut quisque seipsum probet, nec illotis manibus, id est conscientia impura, Sacramenta contrectet. Probatio autem, fidei est pœnitentia & charitatis: hinc in erudiendis Catechumenis in Ecclesia primitiua, assiduus pastorum labor, Catechismi formula extabat, præcipua Religionis capita complectens, non tantum in usum puerorum, sed etiam aduulorum: Catechismi enim institutione plus proficitur, quam interdum concionum frequentia. Nam dum è suggestu concionatur minister verbi Dei, per pauci ea qua decet attentione, auscultant; multi aliorum cogitando distrahuntur; quidam iuxta p̄ uerbiū ὄνος τοῦ θεοῦ λυπαῖν, vel propter ingenij tarditatem, vel propter materia grauitatem, cuius omnes non sunt capaces. At in Catechesi familiariter omnia exponuntur, qua a pueris memoria, & ab adultis facili intelligentia comprehendendi possunt. Quod si in Academiis frustra doctor auditoribus prælegat, nisi aliquando de illis rationem exigat eorum qua prælecta sunt; sic, nisi interdum in Catechesi populus examinetur, non magno cum fructu in concionibus audiendis versabitur. Hoc catechisandi munus pastor, doctrina & pietate grauis, obire debet, ut maiori studio & fre-

quentia Catechesis celebretur. Mos enim fuit primitiua Ecclesia mysteriis, doctrina Evangelica Catechumenos, diligenter, ut dixi, instituire, qui postea prasente Episcopo & Ecclesia, fidei Confessionem edebant. Cyprianus epistol. 17. lib. 3. illos vocat, Audientes, Eusebius Ecclesiastica historia libro 6. caput. 3. testatur in Ecclesia Alexandrina Pantenum, Clementem & Origenem Catechesin exercuisse. Deinde probandi sunt qui communicant pœnitentia & charitatis examine. Antequam enim quis ad Synaxim sacram in Ecclesia primitiua, admitteretur, si offenderat, per confessionem & pœnitentiam reconciliabatur; ab eius usu flagitiosi arcebantur. Quod Tertullianus in libro De corona militis, his verbis testatur: Nec de aliorum manu quam presidentum; & in Apologetico: Si quis, inquit, ita peccauerit, ut à communicatione orationis & conuentus, & omnis sacri commercij relegetur, president probati quique seniores, &c. Sed idem auctor, & confessionis, & pœnitentia actum eleganter describit libro De pœnitentia: Exomologesis est, inquit, qua delictum nostrum Domino confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaque exomologesis prosternendi & humiliandi hominis, disciplina est conuersationem iniungens misericordia illicem, &c. De disciplina vero celebranda cœnæ, & Ecclesiastici conuentus, sic addit: Coimus in cœtum & aggregationē, ut ad Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Quid agebant autem sic congregati? Oramus etiam, inquit, pro Imperatoribus, pro ministris eorum, & potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, & mora finis. Legebatur ne aliquid ex Sacris literis in congregatione Christianorum? etiam. Si quidem pergens, Coimus, inquit, ad literarum diuinarum commemorationem, si quid presentium temporum qualitas aut premonere cogit, aut recognoscere. Certe fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam firmamus, disciplinam preceptorum nihilominus inculcationibus densamus; ibidem etiam castigationes & censura diuina. His testimoniis duorum probatissimorum auctorum non erit superfluum addere Plinij testimonium, in epistola ad Traianum: Adfirmabant autem, inquit, quod essent soliti statodie ante lucem conuenire, carmenque Christo, quasi Deo dicere, seque inuicem sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum abnegarent. Felix igitur fuit illud Ecclesia seculum, in quo tam sancta disciplina ab omni tyrann-

tyrannide, superstitione & idololatria immunis, fuit in usu. Nullum idolum aut altare idololatricum in conuentibus sacris Christianorum conspicietur, idque iuxta legis diuinae mandatum, Exod. 20. Non facies tibi sculptile. Memorabile est quod de Epiphania legitur in eius epistola ab Hieronymo versa: qui cum in Ecclesia Anablatensi uidisset, contra auctoritatem scripturarum, hominis, quasi Christi imaginem pendentem in velo pictam, scidit illud, & per epistolam rogauit Ioannem Episcopum Hierosolymitanum, ut iubeat presbyteros eiusdem loci deinceps precipere, huiusmodi vela non appendi. Certum etiam est ex historiis plus quam tribus seculis Ecclesiam Christi caruisse omni imaginum specie, qua hominum mentes ad idololatriam abduci possent. Origenes libro aduersus Celsum 7. Non patimur, inquit, Iesum apud aras, & simulacra, & templa colere. quia scriptum est, Non sint tibi Dii alieni. Et Pontius Paulinus in libello De Gazophylacio, docet mensam in Ecclesia poni solitam pro pauperibus cibo reficiendis; & ditiores adhortatur ut liberaliter offerant. Hac fuit ara Deo grata, super qua oblationes ponebantur à primis Christianis, ex quibus pauperes alebatur. Quid plura? Concilium Elibertinum, quod multi putant coactum Nicani Concilij tempore, diserte decreuit cap. 36. Ne quod colitur, in parietibus depingatur. Ceterum ante Constantini Magni temporarara fuerunt in Ecclesiis pretiosa ornamenta; sed tunc

Prima peregrinos, obscæna pecunia, mores  
Intulit, & luxu corrumpit templa profano.

Rogatus olim Bonifacius Martyr sententiam dicere, num vasa aurea adhibenda essent ad usum sacramentorum, ait; Cum aurei sacerdotes essent, habuerunt calices ligneos; nunc lignei sacerdotes, calices ambiunt aureos: hoc schemate irrisit bonus Archiepiscopus & Martyr eos, qui in rebus sacris aurum aliquid facere existimant. De his Persius Satyra 2.

Dicite Pontifices in sacro quid facit aurum?

Nempe hoc, quod Veneri donata à virgine pupæ.

Laudatur merito Exuperius Tholosa Episcopus, qui calice vitreo, & vimineo canistro utebatur in Eucharistia administratione; aureos enim confluauerat ad captiuos redimendum & pauperes alendum; quorum anima Deo multò sunt pretiosiores quam sint vana templorum vasa aurea, vel argentea. Deus enim ioster, ait Acatius lib. II. cap. 16. Tripartita historia, neg, edit, neg, bibit. Ita-



que non opus habet calicibus aut discis, nedum aureis aut argenteis. Qua de redignus est Ambrosius, qui ab omnibus legatur, lib. 2. Officiorum, cap. 28 in quo docet Christum, Ecclesiam sine auro congregasse: & sacramenta aurum non querere, neque auro placere, quæ auro non emuntur, ornatum sacramentorum redemptionem esse captiuorum. Ex iis igitur constituatur primum presbyterij Christiani officium esse, prospicere ut verbum Dei populari lingua in conuentibus sacris pure doceatur, ut sacra signa administrentur, neq; ad eorum communionem recipiantur Catechumeni, nisi prius edita fidei confessione, utq; Catechesis diligentissime in Ecclesia fiat: deniq; ut caueat, & Magistratus fidem & auctoritatem imploret, ne templa idolis, altaribus idololatricis, & ornamentorum luxu contaminentur.

3 Alierum presbyterij Christiani officium est attendere, ne communio Ecclesia negligatur aut perturbetur, tum in auditione verbi Dei, tum in pædobaptismi, & sacre Cœnæ usu, quod plerumq; fit improborum peruersitate, & hereticorum schismate. Hæreticum hominem (ait Apostolus) ad Titum 3, post unam & alteram admonitionem, reiice. Tales fuerunt Hymeneus & Philetus, qui tempore Apostolorum subuertebant Ecclesia fidem, & nulla atas hæreticis caruit, nec carebit. Necessè ergo est, ut Ecclesia rectores vigilent, ne quid detrimenti ex praua illorū doctrina pius accedat. Qua de re Cyprian. lib. 3. epist. epist. 13, sic scripsit: Copiosum est, inquit, sacerdotum corpus concordie glutino, atq; unitatis vinculo copulatum; ut si quis ex collegio nostro hæresim facere, & gregem Christi lacerare & vastare tentauerit, subueniant ceteri, & quasi pastores utiles & misericordes oues Dominicas in gregem colligant. De improbis verò Ecclesia communionem perturbantibus, sic est 1 ad Cor. 5. Ne commisceamini, si quis cum frater nominatur, sit scortator, aut auarus, aut idololatra, aut conuiuiator, aut rapax, cum huiusmodi, inquam, ne edatis. Hi tempore Chryostomi à communionem arcebantur Sacramentorum, ut ipse testatur in 1. c. Ephes. Sed dices? cum Magistratus Christianus vindex sit vtriusq; tabula, & maior pars huius generis hominum sit corporaliter punienda, nihil superest quod in eos presbyterium possit exercere. Respondeo, me hic de magistratus officio aut iurisdictione non agere; beatasque censeo illas Ecclesias, in quibus Magistratus pius scelera, quibus ira Dei prouocatur, seuerè vindicat; sed gladius in corpus tantum; verbum Dei in animam efficax est; quarum salus à Deo commissæ est Pastoribus, & de quibus rationem sunt redditori, ut fufe habetur Ezech. 33. Ceterum nemo erit, opinor, qui sit negaturus

Constan-

Constantinum, & Theodosium Magnum imperatores fuisse pios, hic non solum in alios, sed in seipsum censuram diuinam approbavit. Nam cum Ecclesiam perturbasset ob stragem Thessalonica perpetratam, Ambrosius Episcopus Mediolanenses, Episcoporum Gallia concilium habuit, ut ipse testatur lib. epist. 5. epist. 28. ex quorum sententia Theodosium circumscriptis; neque ad communionem admisit, nisi Exomologesi pie peracta: de qua videre est apud Eusebium libro nono, capite trigesimo: quia vero Imperator furore animi incitatus, eadem horrendam perpetraverat, legem tulit de pœnarum capitalium executione in triginta dies post dictam sententiam differenda. Constantinus vero Arrium hereticum in concilio Nicæno excommunicari assensus est, & licet postea falsis presbyteri aulici clam Arriani persuasionibus Arrio fauerit, detecto nihilominus dolo in priori sententia perstitit. In Concilio Chalcedonensi à 630. patribus damnata fuit hæresis Eutychetis, Constantinopolitani Abbatis, qui solum diuinam in Christo naturam, & humanam ab ea absorptam esse docebat. Auctor hæresis, & eius patronus, Dioscorus, Episcopus Alexandrinus, excommunicati sunt, præsentis & adstipulante Martiano Imperatore, & iudicibus imperii: denique acta Conciliorum tam generalium quam provincialium testantur, necnon historia docent sub Imperatoribus & Magistratibus Christianis, presbyterium Ecclesiæ Christianæ, & synodum, censuram diuinam in hæreticos & flagitiosos exercuisse. At dices, Papa & multi alii excommunicatione sunt abusi. Fateor, & Ecclesiam præstat carere excommunicatione, quam ea per tyrannidem abuti: imo Ecclesiæ multo est salutaris presbyterio & usu disciplina omni destitui, quam utriusque prætextu, noquam inducere oligarchiam aut inquisitionem Hispanica deteriore. Enimvero magna hac in parte cautio adhibenda, ne remedium in salutem animæ datum, in perniciem conuertatur. Nolo mortem peccatoris, ait Dominus, Ezech. cap. 33. sed ut a via sua conuertatur, & uiuat: & Apostolus ad Galatas, cap. 6. Vos qui spirituales estis, restaurate lapsos spiritu lenitatis. Ut enim si membrum corporis luxatum fuerit, membra alia aptant illud iuncturis; pastorque ouem errantem vel infirmam leniter tractat, sic idem presbyterium Ecclesiæ Christianæ præstare necesse est. Distingendum ergo inter delicta & scelera, inter hæresim & errorem; & cauendum diligenter ne ex musca fiat elephanta, quod plerumque accidit in illis locis, in quibus rectores Ecclesiarum, inconsulta Ecclesiæ superbe & captiose agunt; temereque damnant peccatores, quorum alii malitiam suam prædicant, alii humana peccant infirmitate; de quibus scri-

ptum est. Non extinguas, ait Dominus Esaiâ 42. cap. *linum fumigans, arundinem quassatam non confringes.* & 1. ad Corinth. 10. *Apostolus ait: Qui existimat stare, videat ne cadat.* Etenim miseremur eorum quos in mari conspiciamus, de naufragio periclitari, periculi nostri memores, quanto magis Ecclesie rectores tenentur misereri peccantium, cum sint ipsi iisdem peccatis, quibus omnes, obnoxii? Itaque procedat fraterna & frequens admonitio, nihil odio, inuidia, ira, gratia, minis aut praecepta fiat, sed pietatis, caritatis & mansuetudinis officii reuocetur peccator ad respicientiam, ut saluus fiat. Quod si etiam se leniter tractari non patiat, non statim extremum remedium est adhibendum, sed ad tempus cum Ecclesia iudicio a communione sacramentorum excludendus est, & interea saepius admonendus, ut salutem suam respiciat, antequam ulterius procedatur. Admonendi etiam sunt peccatoris familiares, imo interponenda Magistratus autoritas & admonitio, ut publicis & privatis officiis ad meliorem mentem reuocetur. Hoc fecit vetus Ecclesia saepissime. Marianus Imperator & proceres Imperii saepe cum Dioscoro egerunt, rem omnem cum eo disceptarunt, preces adhibuerunt, ut haeresim agnosceret, neve extremum Ecclesia iudicium expectaret. Constantinus Donatistas saepe rogauit, ut haeresim deponerent, benigne illos exceptit, & admonuit antequam excommunicarentur, id est, a communione excluderentur. Excommunicatio enim nihil aliud est, quam separatio Christiani à communione Ecclesiae, propterea a Graecis ἀποκοινωνία dicti sunt, excommunicati, quasi segregati: & ipsa excommunicatio à Theodoro libro 2. histor. Eccles. cap. 28. dicitur, ἀκοινωνία. Caterum excommunicationem quidam in minorem, & maiorem diuidunt. Minorem vocant prohibitionem a sacramentorum perceptione, quae fit ad tempus, donec de peccatoris constet penitentia. Alteram, vocant Excommunicationem maiorem, id est, segregationem Christiani, non tantum a communione fidelium omnino extrinsecam, sed & sacramentorum, ac communi suffragiorum Ecclesiae participatione. Huius maioris excommunicationis quorsus rarior aut nullus in Ecclesia Dei, eo eius status laudabilior; nec debet usurpari in quemquam nisi Magistratus Christiani, & Ecclesiae consensu & approbatione. Quae de industria noto in eos, qui Anathemate deuouendos, & ab usu sacrorum eliminandos homines peccatores esse existimant, ut factum est olim. Concedo factum, sed nimium seuerè, ne quid grauius dicam. Seueritas illa laudanda est, per quam tollitur peccandi facultas, sed illa damnanda, quae ad proteruiam homines prouocat. Et ut in optima Reip. politica non omnia licet, licet tamen aliquid: & periti est

sefforio

fessoris laxare, interdum cohibere frantum; sic in optima Ecclesia disciplina tē-  
 perate agendum, & pertinetanda sunt omnia benigna remedia antequam ad  
 extrema perueniatur. Olim teste Cypriano lib. 3. De lapsis, si quis in Ecclesia gra-  
 ui peccato offenderat, pro eo quotidie preces concipiebantur cum ieiuniis & lacry-  
 mis, omnibusque humanitatis & pietatis officiis, presbyterium moliebatur ad  
 resipiscentiam eum reuocare: reconciliatio vero fratris lapsi cum gratiarum a-  
 ctione, & gaudio publico, necnon congratulatione resipiscentis fiebat. Si enim  
 Angeli de peccatoris conuersione in celo exultant, quanto magis id in Ecclesia  
 fieri debet, quæ est anima vna & corpus vnum? Sed in ea incidimus tempora,  
 in quib. non fides modo, sed charitas multorum labefacta est, qui ex errore fra-  
 trū, hæresim, ex delicto scelus cōcludunt: hinc dissidia, hinc scandala, hinc, quod  
 deplorandū est, omnis disciplina fastidiū. Huius mali duæ mihi imprimis causæ  
 esse videntur. Vna, quod in multis locis imperiti homines ad gubernacula Ec-  
 clesiarum vocantur, non illis ornati virtutib. quas verbū Dei, & ecclesiastica  
 leges iubent. Altera, est nonnullorum temeritas, velodium, vel ambitio, vel hypo-  
 crisis, quib. fit vt legitima disciplina institutio, in ataxiā conuertatur. Non est  
 necesse me hæc testimoniis superiorū seculorum, & huius ætatis comprobare: res  
 ipsa loquitur. Itaq; vt legitima disciplina exercitatio restituatur Ecclesiis, oli-  
 garchica ac democratica administratio fugiēda est, quæ si inualescāt, ex illis tot  
 pestes oriētur, quot sunt exorta a monotyranide illius, qui sua superbia & auaritia,  
 celum & terram commouit. Quamobrem ad vitandam tyrānidem &  
 ataxiam, in quibusdam Ecclesiis, suspensioni quidem a sacramento Cæna Do-  
 mini locus concessus, sed Anathematis vel excommunicationis maioris vsus  
 sublatu est: magistratus vero in ea scelera grauiter animaduertit, propter quæ  
 excommunicatio maior instituta fuit.

4 Tertium presbyterii officium, est diligens œconomia eorum quæ faciunt  
 ad pietatem, & sanctorum Ecclesia conseruandam, vt matrimonia solemniter  
 benedictione publice celebrare, ieiunia, publica indicere. Etsi enim ad Magi-  
 stratum pertineat de matrimonio, & gradib. in eo prohibitis, legem ferre, &  
 iudicare, attamen presbyterii est curare, vt pie & religiose matrimonia in Ec-  
 clesia celebrentur. Nam cum Deus author sit coniunctionis maris & femina,  
 quæ fœdus diuinum à Salomone dicitur, & definiatur, Communicatio iuris,  
 non tantū humani, sed etiam diuini. Pastorū, & eorū qui in presbyterio versan-  
 tur partes sunt, attendere ne in cultu dispari matrimonia fiant: sed tantū inter  
 eos, qui vnum Deū, vnā fidem, & vnū baptisma profitentur. Pij. n. cum infi-  
 delib. matrimonio non sunt copulādi. Et Catholica Apost. sententiā 2. ad Cor. c. 6.

Ne iugum subeatur cum infidelibus; ad prohibitionem contrahendi matrimonium cum infideli referenda est. Si enim à commerciis & societate infidelium abstinendum est, quibus pietas & integritas ledi potest, quanto magis in matrimonii contractu id observari debet, quo in rebus humanis nullum est fœdus ad pietatem fovendam, vel destruendam magis aptum, & idoneum? Scitum est illud Tertulliani lib. De Corona militis: Nos Ethnicis minime nubimus, ne coniuges ad idololatriam pelliceant, à qua suas nuptias auficiantur: qui vult nubere, in Domino nubat, salva pietate & religione. Adhac presbyterium Ecclesia ea non probat matrimonia, quæ contra præcepta moralia sunt, & quantum in se est, ea prohibere tenetur, ne copulationibus illicitis & incestibus, civitas Dei contaminetur; tantum abest ut de illis dispensationes indulgere possit. Denique cauere debet, ne ii qui sunt sub patria potestate sponsalia, vel matrimonia contrahant, absque parentum consensu: & ad vitandas clandestinas promissiones, & copulationes, denunciationes contracti matrimonii, ante eius celebrationem in templo sæpius repetit, & in eodem coram Ecclesia per solemnem benedictionem sponso & sponsæ fausta omnia precatur ministerio Antistitis seu pastoris. Quod vero attinet ad ieiunii publici indicationem, præcepto & instituto diuino nititur. Deus enim sub lege præcepit ut 15. Septembris festum Kippurim, id est expiationum, ieiunio publico celebraretur. item tempore Apostolorum, ut est Act. 13. Ecclesia decrevit ieiunium publicum, antequam Paulus & Barnabas ablegarentur ad visitandas civitates, in quibus Euangelium annunciatum fuerat. Etenim priuatum ieiunium piis omnibus familiare esse debet, ut sobrie viuant, sed ad pœnitentiam publice instaurandam monere nos debent tum nostra, tum aliorum peccata, quæ Deus fame, peste, bello, & aliis calamitatibus persequitur, & grauiora æternæ damnationis supplicia interminat, nisi pœnitentiam agamus. Quia vero hac in parte seguiores sumus, ieiunium publicum tanquam pœnitentiæ fomentum, indicendum est, ut Ecclesia Christi ad eius sanctificationem, exercitiis tam internis quam externis se componat. Externa sunt, lacrymæ, ex vero dolore cordis propter agnitionem peccati, emanantes, necnon preces priuatae & publicæ, elemosynæ, infirmorum visitatio, sacri verbi exercitatio, & Synaxis celebratio: interna vero, eaque præcipua ieiunii publici exercitia sunt, fides & charitas in Deum, amor proximi sincerus, abnegatio nostri, rerumque terrestrium contemptus, caelestium, & melioris vite meditatio. Nunquam vero ieiunium publicum à presbyterio indici debet, nisi causis probe subductis,

et in

& in praxim redactis, propter quas institutum est; perpetuoque meditandum  
 est quod de ieiunio Dei, & ieiunio hypocritarum legitur apud prophetam Esai-  
 am cap. 58. Et apud D. Ambrosium in homilia 33. Quid prodest, inquit, ie-  
 iunare visceribus, & luxuriare venatibus? abstinere cibis, errare pec-  
 catis? Qua commemoro propter eos qui perfunctorie hanc disciplina partem  
 pertractant; de cuius usu Tertullianus contra Psychicos ait, ecclesiam sui tem-  
 poris ieiunia produxisse usque ad vesperam: toto enim die celebrabantur sacri  
 cœtus, precesque publica habebantur, & continua erant exhortationes; ad no-  
 ctē dimittebantur omnes, & tunc cibum domi sumebant cum gratiarum  
 aetione, ut testatur D. Augustinus, De moribus Ecclesia contra Manichæos.  
 Ceterum ex Tertulliano colligi potest, præter stationem, ieiunia, preces, conui-  
 uii Dominici celebrationem, Agapas, cohortationes & censuram diuinam,  
 Christianorum omnium, sed præsertim, Rectorum Ecclesia, fuisse visitare fra-  
 tres agrotantes, consolari Martyres in vinculis, peregre adueniētes suscipere  
 apud se, eorumq; pedes abluere, egentibus Christianis cibum potumq; largiri.  
 Infirmatur, ait Apostolus Iacob. c. 5. quis inter vos, accersat presbyteros Ec-  
 clesia, & orent pro eo, ungentes eum oleo in nomine Domini. Tunc unctio, ut  
 hoc obiter dicā, in agrotis symbolū fuit sanitatis, qua extraordinarie manu pres-  
 byterorū pii sanabatur, sed cessante dono, inanis esset externa nunc unctio; vi-  
 sitatio tamen agrotorū, & pro eis preces perpetuo fieri debent, quib. aeterna pro-  
 missiones sunt a Deo constitutæ. Qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit,  
 Ioel. 2. Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & glorificabis me, Psal. 50. &  
 Christus, Quodcumque petieritis in nomine meo, dabit vobis pater celestis.  
 Licet ergo symbolum unctiois desierit desinente dono; agroti tamen à pres-  
 byterio sunt visitandi, & consolandi, & pro illis Deus orandus. Et licet sub  
 Christiano Magistratu nulli Martyres in vinculis detineri iuste debeant, id ta-  
 men sæpius accidit, præsertim hoc nostro seculo, nonnullorum tyrannide & im-  
 pietate: ideo Ecclesia presbyterium, primorum Christianorum exemplo, illis la-  
 borantib. opem ferre debet. Germania pios Evangelii doctores, & multos alios  
 fideles ante annos quinquaginta vidit Hispanorū vinculis constringi: Anglia  
 Episcopos suos Martyres carcere, fumo & igne extinguere. Gallia ministros Eccle-  
 siarum, & Evangelii professores vinculis obsideri & cremari. An defuit illis  
 presbyterii officium, vel charitas fratrum? Testantur historiae, in perpetuum eo-  
 rum encomium, qui fratribus laborantibus non defuerunt. Deniq; pauperum,  
 viduarum, peregrinorum & pupillarum cura incumbit presbyterio, ex Dei

mandato & primitiua Ecclesiae laudabili consuetudine. Et si enim, ut antea dixi, Diaconorum peculiaris hac sit functio in Ecclesia, in presbyterio tamen de pauperum necessitate & eleemosynarum administratione proponere tenetur, ei subesse & consilia sequi, necnon administrationis suae rationem reddere. Cyprianus presbyteros & Diaconos lib. 3. epistol. 24. sic adloquitur: Infirmorum, & omnium pauperum curam peto diligenter habeatis, sed & peregrinis, si qui indigentes fuerint, sumptus suggeratis. Historia Ecclesiastica testatur bona ecclesiastica ad quatuor usus fuisse destinata, ad pauperum, viduarum, & peregrinorum alimoniam, ad stipendiorum Ecclesiae ministrorum solutionem, ad templorum reparationem, & eorum qui sacris literis & disciplinis incumbant, educationem. In potestate quidem Episcopi res Ecclesiae erant, ius tamen legibus, ut in illarum distributione & usu nihil pertentaret, nisi ex presbyterii sententia; id est, diaconorum & presbyterorum scientia & conscientia. Quae de re plura legenda sunt in concilio Antiocheno l. cap. 24. & 25. Igitur presbyterii partes sunt, procurare ne ararium ecclesiasticum, fraude, vi, sacrilegio aut alio vitio deterius reddatur. In illo enim continentur non Episcopi, diaconi aut presbyteri, sed Ecclesia bona, quae illa inscia aut refragante, aliis non sunt applicanda, quam iis quibus destinata sunt usibus. In hanc sententiam extat insignis historia apud Ambrosium, Officiorum lib. 2. cap. 28. de Laurentio Martyre: qui cum animaduertisset Decium Imperatorem ambire Ecclesiae thesauros, conuocauit claudos, cacos, & egenos quam plurimos, quibus distribuit pecuniam ararii Ecclesiastici: Accedente vero Decio: En, inquit Laurentius, ostendens ei cacos & claudos, Ecclesiae thesauri. Adhuc, presbyterium curare debet, ut ex bonis ecclesiasticis persoluatur honesta stipendia ministris Ecclesiae pro singulorum merito & onere, cauendumque, ne stipendii amplitudine insolescant, aut defectu misere uiuant, & in egenos inhospitalis se praebeant. Episcopus enim Ecclesiae hospitalis esse debet, ut supra dictum est.

5 Superest, ut de presbyterii praeside videamus, qui in Ecclesia primitiua ceteris praeratis, non ut Aaron, aut primarius sacerdos, non ut collegarum dominus, sed tanquam unitatis dux, & collegii moderator. Hunc Iustinus Martyr vocat ἡγεμόνα, Latine Antistitem dicere licet. In huius rei fidem extat locus insignis apud Cyprianum in quo de ordine & Aristocratia inter Apostolos, & Ecclesiae Episcopos, laudanda, sic differit in libro De simplicitate praedicatorum: Hoc erant utique & ceteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio praediti & honoris, & potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur,

ciscitur, ut Ecclesia una monstretur. Vnitatem tenere firmiter, & vindicare debemus, maxime Episcopi, qui in Ecclesia praesidemus, & Episcopatum quaque ipsum unum atque indivisum probemus. Episcopatus unus est, cuius à singulis in solidum pars una tenetur: Ecclesia una est, quae in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur, quomodo solis multi radii, sed lumen unum: & rami arboris multi, sed robur unum, tenaci radice fundatum: & cum de fonte uno plurimi rivuli desluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copia largitate, unitas tamen servatur in origine. Praesidis igitur in presbyterio partes sunt, prudentia sua totam actionem regere, de ecclesiasticis negotiis referre, sententias collegarum rogare, consulendo, monendo, hortando, id quod communi consilio decretum fuerit, executioni mandare, praesse censuris fraternis quae sunt in presbyterio in Ecclesia membra pro qualitate peccati. Easdem censuras etiam exercere erga eos qui sunt in presbyterio, vicissim audire ab illis admonitiones, & censuras recipere fraternas, si forte aliqua in re offenderit, vel in doctrina, vel in moribus. De hac reciproca & fraterna admonendiratione, quae inter symmistas viguit in Ecclesia, testatur Cyprianus lib. 3. Epist. 13. Hoc fraterna (inquit) Societas, quae inter nos deuncti sumus, requirit ut mutuo moneamus: haec mutuae admonitiones non modo olim fiebant inter praesentes, sed etiam absentes, per Epistolam, ut testantur omnes veterum Ecclesiae Episcoporum epistola: sic Irenaeus, Episcopus Lugdunensis, Victorem Episcopum Romanum: sic Cyprianus, Cornelium, Papam Romanum: sic Gregorius, Ioannem Constantinopolitanum fraterne admonuerunt: sic D. Bernardus Abbas Clareuallensis, Eugenium Papam libere admonuit, & seuerè reprehendit: sic D. Hieronymus Ecclesiae presbyter multos admonuit, & corripuit, ut eius monumenta testantur. Apage ergo vocem hanc Hierarchia Romana dignam, Presbyteri non esse Pastorem aberrantem censere, vel redarguere. Quae cum ita sint, nemo est cordatus, qui ex superiori presbyterii Christiani descriptione eiusdemque officio, & aetnomia non animaduertat, quod & perturbationem politicae Ecclesiasticae, in iis omnibus, quae doctrinae & sacramentorum administrationem, nec non disciplinam respiciunt, per summum scelus & tyrannidem in Papatu esse inductam, ut in eius con-  
 futatione deinceps doce-  
 bimus.



- 1 De moribus, disciplina vitæ, & constantia primorum Christianorum, & a quibus sint afflicti, tyrannis.
- 2 De politia graduum instituta a Patribus vitandæ confusionis gratia, & quando presbyterorum Antistes cæpit dici Episcopus.
- 3 De institutione Chorepiscoporum, & illorum officio, nec non de Acoluthis, lectoribus, psalmistis, & Ostiariis, qui vulgo clerici dicebantur.
- 4 Satan Ecclesiam, quam gladio perdere non poterat, Sabellii, Manetis, Pauli Samosatani, & Apollinaris hæresibus valide concussit, quibus paulopost successit Arrius.
- 5 Constantinus Magnus concilium Nicænum primum generale Concilium conuocauit, in quo hæresiarchæ damnantur.
- 6 In legendis tomis Conciliorum, magna opus est prudentia, quod illis multa addita, multa detracta.
- 7 De Metropolitanæ institutione, & potestate.
- 8 Non fuit in Metropolitanæ & Episcoporum, sed solius Imperatoris potestate concilium generale conuocare, cuius autoritate quatuor prima cœcilia œcumenica conuocata fuerunt.
- 9 Rationes Nicænae synodi, propter quas politia supradicta fuit instituta.
- 10 De incremento religionis Christianæ in occidentali imperio.
- 11 Ex patrum politia Hierarchiæ textura cæpit in Ecclesiis orientis & occidentis, & de Nectario, Anatolioque Constantinopolitanis Episcopis principatum affectantibus.
- 12 Alexandrinus, Constantinopolitanus & Romanus Episcopi, triumvirale imperium in Ecclesia constituerunt.
- 13 Episcopatus Christianus, nimio cultu Romani & Constantinopolitani Episcopi labefactatus, & de Episcopi Romani ante Costantinum Magnum & sequentibus aliquot seculis, statu miserrimo.
- 14 De transmigratione diuersarum gentium, qua Deus per trecentos fere annos Romanam superbiam retudit.
- 15 Quo loco fuerit Episcopus Romanus tempore Mauricii Imperatoris, & de Phoca, qui primus concessit Episcopo Romano titulum Vniuersalis, seu principis Episcoporum.
- 16 Nihil profuisset Episcopo Romano datus a Phoca superbus titulus, nisi Pipini, & Caroli Magni immensa liberalitate principatum & diuitias obtinisset.
- 17 Hierarchiam Romanam non genius Christi, sed genius Romuli peperit.

*Ceterum*

**E**t iterum huc usq; narraui in genere, quae fuerit politia ciuitatis Dei tempore Apostolorum, & aliquot post seculis, quae, aurea, merito dicuntur. In illis enim pietas, charitas, patientia fidelium, rerum terrenarum contemptus, caelestium amor, confessio doctrinae Euangelicae, & pro ea martyrium sanguine piorum obsignatum, vniuersum orbem, veluti sol illu- strabant: hinc Ecclesiarum Iliades, hinc pastorum classes, hinc in urbibus & pagis sacri conuentus innumeri. Erant iam inde à Tiberij principatu in imperio, Christiani, à quo exercenda sacrosanctae Christi religionis veniam aliquam impetrauerant, illisq; praecipue legibus disciplinam suam astrinxerant, de quibus dictum est supra. Mores vero eorum huiusmodi fuerunt, teste Tertulliano, cui in antiquitate Ecclesiastica plurimum tribuendum est. Non prius, inquit, discumbebant quam ad Deum preces fudissent; tantum cibi capiebant, quantum esurientibus satis esset; tantum potus, quantum sobriis expediret; ita saturabantur, vt memoria tenerent etiam per noctem sibi esse surgendum ad nocturnos conuentus celebrandos, in quibus conueniebant ad diuinarum scripturarum institutionem; orabantq; pro Imperatoribus, Christi hostibus; vitam illis diuturnam precantes, imperium incolume, domum sospitem, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, orbem quietum; quin etiam pro eorum ministris preces concipiebant. Si quid vero praesentium rerum ratio aut praemonere cõpelleret, aut recognoscere; ieiunia, & priuata, & publica celebrabant; ingruente persecutione, aut pestis, belli, & famis flagellis imminentibus, sacco & cineri incubabant; corpus sordibus obscurabant, animum mæroribus deuiciebant, priuatim et publice lachrymas fundebant, dies noctesq; ad Deum in nomine Iesu Christi, preces fundebant. Sermonem autem ita inter se conferebant, vt pro certo haberent, Deum audire. Cum Agapas, id est, conuiuia fraternitatis celebrabant, ex scripturis semper aliquid proponebant, quod ad communem edificationem faceret, nemoq; ex conuiuibus bibebat, quin prius problema Theologicum proposuisset, & soluisset. De quoquam absente, vel praesente obtrectari piaculum fuisset; psalmos canebant ad Dei gloriam, & gratiarum actio Agapas claudibat. Ceterum foro, macello, balneis, tabernis, officinis, nundinis, vnà cum Ethnicis utebantur; navigabant, rusticabantur, mercaturam, ceterasq; artes, cum eis exercebant; ita tamen vt à sacrificiis eorum abstinerent; de fide Christi modeste & sincere, interrogantibus Ethnicis respondebant; eam non multiloquio, sed pietatis, sobrietatis, & vitae inculcata testimonio commendabant; si Imperatoris aut praefectorum edictis mili-

tia eis imperabatur, militabant, & virtutis bellica testimonia edebant miraculosa. Celebris est historia sanctæ legionis, quæ *νεπαυροβόλον* seu fulminatoriam propter virtutem nuncuparunt: hæc imperante Marco Antonino Philosopho, principe Christianis infenso, nihilominus ei tanquam Magistratui morem gerens, nõ dubitavit in prælium procedere, periclitari de vita, et hostes profugare. Celebris item est Thebæa legio militum Christianorum, qui magnanimitate & fortitudine hostes sæpe vicerunt et fuderunt. In ipsis castris religionem Christianam exercebant; quare exasperati Ethnici, quod ad deorum suorum contumeliã id fieri putarent, etsi virtuti militum Christianorum plurimum tribuerent, tamen in eos crudeliter saevierunt. Maximianus enim Occidentis imperator, cum in Baccudos, Gallia rusticos, bellum moueret, in itinere edixit, ut Christiani omnes qui erant in castris, unã cum aliis omnibus idolis sacrificarent: id cum constanter recusaret Thebæa legio se facturam, à tyranno omnino deleta est, & martyrio affecta. Denique, Christiani invidiam constantiam in persecutionibus referebant. Etenim Imperatores, Christi hostes, Religionis Christianæ extirpandæ causa, decem vexationes acerbissimas exercuerunt: hi sunt, Nero, Domitianus, Traianus, Marcus, Seuerus, Maximinus, Decius, Valerianus, Aurelianus, & Diocletianus, cum Maximiano collega, quæ decima est omnium cruentissima: septemdecim enim millia Christianorum intra dies triginta occisa sunt. Nisi instituti ratio me ad Ecclesiæ politiam & Hierarchiam perseguendam reuocaret, de sanctissimis primorum Christianorum moribus & virtutibus plura adderem: sed hæc paucis dicta sufficiant, ad imitandum, & mores seculi huius corruptos redarguendum, & corrigendum. Itaque, ut Salamandram aiunt in mediis viuere ignibus, sic Ecclesia Christi, tot, tamque horrendis cladibus, tantum abest ut deleta fuerit, quin potius numerosior et illustrior extitit. Crescebat indies nõ solum auditorum multitudo, sed etiã presbyterorum, Ecclesiã verbo Dei pascentium, ordo. Episcopi, presbyteri, & Pastoris appellatio erat initio communis ius, qui verbum Dei et Sacramenta administrabant, iuxta stilum Scripturæ sacræ familiarẽ, ut ante dixi.

2 Sed ad vitandas dissensiones, quæ inter multos & æquales oriri solent, visum est patribus, ut in singulis ciuitatibus celebrioribus eligeretur vnus ex presbyteris, qui peculiari nomine, & dignitate præ cateris Episcopus diceretur, & coleretur. Quæ de re Hieronymus in Commentariis in epistolam ad Titum. c. 1 sic scripsit: Idem, inquit, presbyter, qui Episcopus; & antequam diaboli instinctu dissidia in religione fierent, & in populis diceretur, Ego Pauli, ego Cephæ, communi consilio presbyterorum Ecclesiæ gubernabantur: postea ut litium semina eradicarentur, ad

tur, ad unum omnis sollicitudo est delata. Sicut igitur presbyteri sciunt se ex  
 Ecclesia consuetudine ei, qui præest, subiectos: ita Episcopi nouerint se magis cō-  
 suetudine, quam dominicæ dispositionis ueritate presbyteris esse maiores, & in  
 cōmune debere Ecclesiā regere. Hæc addidit Hieronymus, quod iā suo essent tē-  
 pore, qui hoc Episcopi titulo superbirent, & presbyteros ab Ecclesiæ gubernatio-  
 ne arcerent. Non enim primis seculis, quib. hac politia propter rationes supra-  
 dictas, instituta fuit, Episcopi in presbyteros dominabātur. Basiliius, n. epist. 15.  
 ad Neoces. testatur, Episcopos Ecclesiæ charitatis zelo adeo uehementi aliquos  
 seculis praditos fuisse, ut in modū Corona unti essent, quisq. in collegam suum  
 padagogi, & ducis itineris munus obibat, Episcopus presbyterū, presbyter dia-  
 conum fraterne admonerat. & communi consilio Ecclesiā regebant. Qui n.  
 inter multos presbyteros Episcopus dicebatur, tenebatur cū presbyteris & dia-  
 conis inire consilium, de iis quæ ad Ecclesiæ gubernationē pertinebant: Christū,  
 non lucrū, religionem, non regionē, Episcopatus onus, non honorē, pro Dei glo-  
 ria, martyriū, non otium; nedum regnū, Ecclesiæ rectores tunc affectabant; sed  
 doctrina & disciplina exercitio ita incumbēbant, ut nihil aliud sibi ob oculos  
 ponerent, quam in terra Deo seruire fideliter, & pro eius confessione fortiter  
 mori. posteaq. in calo coronari. Delegati sunt igitur ex communi consensu pres-  
 byteri multi in pagos, fideles operarij, qui amplā Domino messē collegerunt.  
 Illorum enim opera doctrinæ sacre progressus facti sunt incredibiles. & Eccle-  
 siæ constituta in prouincijs Palaestina, Aegypti, Syria, Thebaidos, Libya, Phœ-  
 nices, Syria, Arabia, Mesopotamia, Persidis, Cilicia, Cappadocia, Arme-  
 niæ maioris & minoris, Ponti, Paphlagoniæ, Galatiæ, Asia, Lydia, Phrygia,  
 Pisidia, Pamphylia, Cypri, Bithyniæ; in prouincijs insularib. in prouincijs Ca-  
 ria, Isauria, Europæ; & ut uerbo dicam, per orbem uniuersum. Apostoli, et  
 eorum administrati fundamenta Ecclesiarū in omnibus locis constituerant, quæ  
 Apostolica, ut antea dixi, dicebantur; sed post illorum mortem ministerio E-  
 piscoporū & Presbyterorū, numerosiores reddita sunt. Præter XII. Apo-  
 stolos, nemo Apostolus in Ecclesia uocabatur. Ecclesiastica antiquitatis studio-  
 sus historiā repetat ab Eusebio Pamphilo Casariensi Episcopo à Socrate, Theo-  
 dorio Episcopo Cyrenensi, ab Hermio Sozomeno, Euagrio, Græcis scriptorib.  
 dignis qui à doctis cum iudicio legantur; ex quibus non progressus tantum Ec-  
 clesiæ, sed quibus administraretur discipline legib. primis temporibus percipi  
 potest, si conferantur cum aliis patrum monumentis, qui de primis Ecclesiæ se-  
 culis scripserunt. Ideo attingam compendiose quadam discipline capita, pri-  
 mis seculis usurpata.

3 Circa annum 266. patres sancierunt, ut vnusquisq. Episcopus, Presbyter & Diaconus, limitibus Ecclesia, cui presectus erat, se contineret, ne in Coepiscopi diœcesi aliquid pertentaret, vel quenquam iudicaret, qui non esset Ecclesia, cui præerat, membrum: si secus fiebat, iudicium nullum erat, & in Synodis prouincialibus censura afficiebatur, qui politiam perturbasset. Cum vero Episcopus omnibus Ecclesiis suæ diœcesis, quæ quotidie angebantur, adesse non possêt; in communicum Presbyteris gubernatione, ordo Chorepiscoporum creatus est: quem Concilium Antiochenum cap. 10. testatur manuum impositionem ab Episcopo suscepisse, & ab eius gubernatione dependisse: tanquam Episcopi consecrabantur, ea tamen lege, ut adiacètes ciuitates solum curarent, & inferiores quosdam Ecclesiæ ordines, de quibus postea dicam, constituerent; abstinere autem ab ordinatione presbyterorum & diaconorū, nisi annuente Episcopo. Chorepiscopus vicarius Episcopi, vel legatus erat: non ergo improba & superuacanea (ut Perusinus scripsit) fuit eius institutio. Ceterū inferiores erant ordines illi, qui Clerici postea sunt dicti, qui sacris initiabantur, & ab Episcopo, vel Chorepiscopo, & Presbyteris erudiebantur; perq. gradus promouebantur, ut post se posteros relinquerent, qui Ecclesiam docerent, & administrarent. Acoluthi dicebantur illi, qui Episcopum comitabantur, non honoris tantum causa; sed ut ex eius conuersatione doctiores, & probiores euaderent. Quidam non Acoluthos, sed Acolytos vocant, ab α particula priuatiua, & κολύω, prohibeo; quasi dicas non prohibitos, quod cum sacra non administrarent, tamen ministerium aliquod in illis obirent: in Ecclesiasticis conuentibus nocturnis luminaria accendebant: Ecclesiis vero postea publicè instauratis, cæremonia cereorum accendendorum retenta fuit, ut Conc. Carthag. 4. cap. 6. legitur, ut sub typo luminis corporalis Christus vera lux demonstretur: sed progressu temporis hæc cæremonia crassam superstitionem peperit, quasi ad fugandum Diabolum sit idonea. Alij Lectores dicebantur, qui non tantum priuato lectiois exercitio in presbyterio occupabantur, sed doctrina & literis imbuti, rect. eg. pronunciationis periti, ad gradum lectoris in Ecclesia promouebantur. Quod si fideliter officium impleuissent, ad verbi Dei ministerium postea vocabantur. Quibus vero ornatus donis esse debeat is, qui in Ecclesia lectoris munus obit, diligentissime persecutus est Isidorus lib. De Ecclesiasticis officiis, cap. 11. Alij Psalmistæ, sine Cantores dicebantur, qui iussu Episcopi vel Presbyteri cantandi munus obibant, & aliis præcinebant: pij enim in conuentibus Ecclesiasticis, ut supra attigimus, ex Tertulliano & Plinio,

Plinio, hymnos Deo canebant insigni cum religione & reuerentia; non tantum ut Deo gratias agerent, sed ut in afflictionibus, consolationem, fortitudinem, & auxilium diuinum implorarent. Alij Exorcistæ dicebantur, qui Energumenos curabant; alij Subdiaconi, de quibus antea dictum est: denique Ostiarii fuerunt dicti illi, qui in Christianorum cœtibus aditum piæ præbebant, impiis vero inter dicebant; & eos notabant, qui explorandi tantum causa, (ut ex Apologetico Tertulliani patet) conuentus Christianorū frequentabant. Perutilis certè fuit hic ordo non modo ad Ethnicorum insidias, quantum fieri poterat, euitandas, sed ad cœtus ab omni improborum consortio & infamia vindicandum. Postea, ut videre est cap. 9. Concilij Carthaginensis IV. Ostiariorum munus fuit templum claudere & aperire, & suppellectilem Ecclesiæ conseruare, quasi Deo redditur rationem pro illis qua clauibus templi recluderentur. Gazophylacium enim in templo positum erat. Hac ergo fuit politia & communis cura Episcoporum, Chorepiscoporum & Presbyterorum, in clericis erudiendis, & ad sacrum ministerium formandis. Rigidam vero inter se disciplinam exercebant: idq; merito. Emendatiores enim oportet esse populo eos, quos necesse est populum emendare. Episcopo non licebat suam Ecclesiam deserere, neq; in aliam transire, nisi id cum Ecclesiæ consensu, & multorum Coepiscoporum iudicio, ad Dei gloriam promouendum fieret. Quod postea in canonem fuit relatum, ut ex actis Concilij Antiocheni apparet. Episcopo etiam peregrè proficisci non licebat, & in aliena Ecclesia versari absq; literis commendatitijs presbyterij, quibus causa peregrinationis suscepta exponebantur. Ad dogmata vero pietatis, & disciplina explorandum, consensusq; in illis retinendum, Episcopi & Presbyteri multarum Ecclesiarum, his saltem in anno conueniebant, ut communi consilio & consensu opus Domini promouerent, ut ex Conciliorum Ancyran, & Neocaesariensis actis constat, qua persecutionis tempore celebrata fuerunt.

4 Imprimis curabant, ne hæretici, quos Sathan excitauerat, gregem Domini inuaderent, & venenoso dogmate inficerent. Cum enim tyrannorum crudelitate, opus Dei impedire non posset, sed contra quo plus Ecclesia pondere persecutionum premebatur, eo ut palma valentior in altum excreset, excitauit heresiarchas, qui fidem perturbarent: inter quos emerferunt in Oriente circa annum 284. Sabellius, Manes, Paulus Samosatenus, & Apollinaris, qui Orientales Ecclesias valde suis heresibus affligerunt. Sabellius unam tantum Patris & Filij, ut essentiam, sic personam esse asserbat, Chri-

stum Deum quidem esse, non hominē: Manes vero docebat non reuera fuisse Christum, nec vere perpeffum esse, sed spectrum attulisse hominibus; & ita cisi verbis diuersis hi duo uterentur, in hoc tamen concordēs erant, Christum vere hominem non fuisse. At Paulus Samosatenus, Antiochia, & Apollinaris Laodicea, in contrariam sententiam omnino inclinarunt: ille Christum purum fuisse hominem affirmabat, atq; in eo verbum Dei habitasse, vt in quouis alio prophetarum; duasq; in eo naturas ita habuisse, vt aliud Christus, aliud verbum Dei existeret. Apollinaris vero docebat; Christum hominem fuisse ratione carentem, sed verbum in cōrationis ac mentis officium expleuisse. Hæ quatuor hæreses à Sathana, vt dixi, excitatæ, fundamenta fidei Christiana omnino conuellebant. Scriptura enim sacra docet Patris & Filij naturam, essentiamque diuinam vnā esse in duabus personis consistentem, Christum verum Deum esse, & verum hominem. Hæc est doctrina Orthodoxa; pro cuius defensione p̄j Episcopi, Presbyteri & Diaconi, illius seculi, contra communem hostem, assidue, magnis animi, & corporis laboribus, & vigiliis propugnarunt. Sed inētandum illis fuit acerrime contra Arrium, & eius defensores; quorum hæresis incredibiles motus per totum Orientem excitauit; non tunc peregrini & hostes, vt antea, Ecclesias oppugnabant; sed eiusdem tribus, contubernitq;, atq; adeo eiusdē mensæ participes, infestas contra se linguas acuebant: & paulatim præcipites ad arma capiendaruebant. Constantinus vero Magnus, qui victo Licinio eo tempore in Orientem iter suscepit, cum aliquanto Nicomedia egressus, via spatio processisset, tristem nuncium de tragædia Orientali, & eius causa, accepit; quo vehementer pro sua pietate permotus, continuo Osium Cor dubenssem Episcopum, qui Ecclesiarum Hispaniæ causa in aula Imperatoris erat, virum fide doctrinâq; insignem; cum literis ad Alexandrum Episcopum, & Arrium Presbyterum misit, orans eos, vt detestando contentionis omisso studio, gloriam Dei, & Ecclesiæ salutem respicerent. Osius celeriter Alexandriam profectus, mandata Imperatoris perfecit, & omnia cōponere tentauit; sed cum nihil proficeret, ad Constantinū reuersus, quo in statu controuersia esset, docuit.

5 Ea re cognita Imperator pius, Ecclesiarum omnium Episcopis, & Presbyteris concilium œcumenicum in sequentem annum indixit; illosq; per literas monuit, vt ad VIII. Cal. Maias Niceæ, vrbe Bithyniæ, conuenerent, interea cauerent ne suis disidiis Rempublicā vel Ecclesiam perturbarent, & quia Ecclesiæ Christi pauperes erant, ne quid earum delegatis deesset, in omnibus regionibus equos, mulos, mulasq; publicas, quibus tanquam veredaris uterentur, certis disposuit mansionibus. Itaq; XI. Cal. Iunias ad locum constitutum adsuerunt,

Episcopi

Episcopi & Presbyteri Ecclesiarum delegati, magna frequentia, quos conuocatos Constantinus, in medio aula aurea sella considerens, teste Eusebio Casariensi, qui quing. libris eius vitā & acta descripsit, sic est adlocutus: *Voti cōpos mei factus, ingentes Deo gratias ago, quod tot patres in vnum conuocatos video. Oro vos, quandoquidē sœda tyrannorum dimicatio contra Deū suscepta, manu ac fortitudine profligata est, ne patiamini religionem ac disciplinā eius iniquis hominum obirectationibus lacerari. Ego enim adeptus victoria, cum id agerē, ut vnā cum iis, qui auxiliante Deo, in libertatem essent vindicati, communē animi fructum perciperem; simulatq; de vestra controuersia audiui, opportunum tanto malo remediū exquisiui, ac sine interpositione moræ vos aduocauit. Quapropter quando ipsi conuenistis, obtestor vos ut omnes controuersiarū causas amoueat, atq; idem sentiētes optatam Ecclesiis concordia, restituatis. Enimvero hæresis Arriana, præcipua fuit Cōcilij Nicani occasio, quod Ecclesiis fidei harmoniam restituit, & disciplinā confirmauit. In vna enim confessione omnium animi consenserunt, filium Deū verum, de Deo vero; genitum, non factū, substantialem patri esse: atq; fidei Symbolum quod vulgo Nicenū dicitur, composuerunt, sacre Scripturæ consonum. Sabellū vero nominatim damnarūt, & Manetem, & Paulū, & Apollinarem, & ceteros, qui vsq; ad Arrium Christū, aut Deū tantum, aut hominem tantum asseruerant: quiq; eundē verum Deū & verū hominem esse negauerant. Deinde Arriū Presbyterum Eusebiū Nicomedensem Episc. & paucos alios, qui cum illis Orthodoxā sententiā impugnabant, cōmunionem remouerunt, & abdicauerunt. Quæ fuerit in hoc Nicano Conc. politia Ecclesiastica cōstitutæ, ex eius actis patet; et superflūū esset ea, perinde ac quæ in Constantinopol. Ephesino et Chalcedonēsi Conciliis generalib. primis, decreta sunt, cōmemorare; pauca tantū attingam, reliqua antiquitatis Ecclesiasticæ studiosus ex actis colligere poterit, nec non ex tomis tribus Conciliorum, tam generalium, quam provincialium.*

6 Sed præmoneo eos, qui volumina Conciliorum, tam generalium, quam provincialium perlegent, multa in illis adulterina inserta, multa & integra Concilia truncata; multaq; præter historię fidem notata esse, malitia & ignorantia eorum, quibus religio non fuit omnia peruertere, dummodo sibi & suis regnum adipiscerentur. Nicani Concilij acta nō omnia extant, quod ex Theodorito lib. 1. cap. 9. deprehenditur, ubi ait, ex Nicani Concilij auctoritate comprobari, ordinandos esse Episcopos suffragio cleri & populi. Quæ de re in actis Venetiis, et Colonia excusis, altum silentium. Epistola duæ quæ in fine Nicani



Concilij leguntur, false sunt; de prima, antea dixi: de rescripto quod Syluestro tribuitur ad Synodum Nicanam, satis erit admonuisse, falsitatem deprehendi ex eo, quod illum sanctæ Ecclesiæ Catholice Romanæ Episcopum nominat: tunc enim ut nullus vniuersalis Episcopus, sic nulla Ecclesiæ vniuersalis dicebatur; cetera, lector, eius Epistola, non falsa tantum, sed inepta esse facile deprehendet. Donatio Constantini in primo Tomo Conciliorum inserta est, præter historia fidem. Elibertinum concilium, quod imagines damnet, Censura notatū. Infinita sunt alia, quæ speciali obseruatione indigent. Probet omnia Ecclesiastica antiquitatis studiosus, ad Scripturæ sacræ Lydiū lapidem, & semper historiae lucem adhibeat, quæ inductas tenebras facile fugabit.

7 Itaq; ut ad rem redeā: patres tam in Concilijs quatuor suprædictis, quam similibus, quæ subsequuta sunt, leges politice causa tulerunt. Primū, ut inter multos eiusdem prouincie vel regionis Episcopos eligeretur vnus, qui Archiepiscopus, vel primarius Episcopus diceretur, penes quē esset, alios Coepiscopos in Synodum prouinciale conuocare. In Synodo Nicana I. hæc verba cap. 6. fuerunt: Antiqua consuetudo valeat quæ in Aegypto, Libya, & Pætapoli fuit, ut Alexandrinus Episcopus super his auctoritatem habeat (quoniam & Romano Episcopo hæc eadem consuetudo est) similiter autem & apud Antiochiam, & in cæteris prouincijs priuilegia conseruentur. Illud autem planū est, quod si quis sine consensu Metropolitanæ fiat Episcopus, hūc magna Synodus statuit Episcopum esse non oportere. Metropolitanus. n. cum cæteris Episcopis  $\chi\rho\rho\rho\rho\rho$  exercebat: cui cum ordinatus erat aliquis Episcopus, omnes adesse oportebat: quod si pars maior iusta occasione impedita aberat, tres ad minimū Episcopi præsentibus esse, & absentes consensum suū per literas testari tenebantur. Metropolitanæ autoritas in Conc. Antiocheno l. c. 9. plurib. verbis descripta est; admonenturq; singuli Episcopi, per singulas prouincias, Episcopum Metropolitanū præsidem, curam & sollicitudinē totius prouincie suscepisse, quodq; causæ Ecclesiasticæ referri debeant ad ciuitatem Metropolitanam: decernuntur etiam ei præ cæteris Episcopis honores. Deniq; , ut multorum Conciliorum & Canonū capita hæc de re paucis cõplectar, iurisdictio Metropolitanæ vel Patriarchæ, quæ in sua Patriarchia exercebat, vel in Conciliorum prouincialium indictione, vel in ordinatione Episcoporum, vel in admonitionibus & censuris Ecclesiasticis, vel in audiendis appellationibus posita erat. Nam in Episcopi diæcesim, Metropolitanus nullā exercebat potestatem; Episcopus, ut eodē capite supra notato Concilij Antiocheni habetur, diæcesim suā in solidum gubernabat, & de causis Ecclesiasticis  
eius

eius regionis que ciuitati, cuius erat Episcopus, subiciebatur, non solum cognoscebat, sed etiam iudicium ferebat; presbyteros & diaconos ordinabat, iuxta antiquum, Apostolorum & patrum canonem. Metropolitanus igitur in praeceptis urbibus sunt collocati, que honoribus & diuitiis reliquas superabant, unde sequutum est, ut que in ciuili gubernatione prima essent ciuitates cuiusque prouincia, primas etiam Episcoporum sedes obtinuerint. Etenim Patriarcha vel Metropolitanus, reliquis Episcopis dignitate & ordine superior est constitutus, in hunc finem, ut in synodis Episcoporum praeset, & cum ipsis communi consilio haereses oppugnaret, res grauissimas disceptaret, ut si forte aliquis episcopus coepiscopi collega sui diocesim inuasisset, eas rixas componeret: quodque praesidente Metropolitano in synodo Episcopali decretum erat, ratum, firmum, & legitimum habebatur, nec ab eo prouocabatur nisi ad generale Concilium.

8 In metropolitani autem vel Episcoporum potestate situm non erat illud conuocare, sed solus Imperator autoritate sua indicebat. Et quia saepe de hac re differendum erit, notandum est originem Conciliorum generalium ab instituto Apostolorum in Ecclesia Dei ductam fuisse. Illi enim, ut est Act. 15. cum de tollenda circumcissione ageretur, una cum presbyteris conuenerunt, & coram Ecclesia de hoc toto negotio disceptarunt, ex uerbi Dei testimoniis: silente multitudinem. Differendi partes datae sunt Petro, Paulo, Barnaba, & Iacobo, qui libere & grauitate suam sententiam dixerunt; & tandem placuit Apostolis, Senioribus, & Ecclesiae, Paulum & Barnabam remittere, qui Antiochia, Cilicia & Syria fratribus, Ierosolymitani concilii decretum significarent, quod ut per Paulum & Barnabam percontati fuerant, sic acceptum & gratum habuerunt. Exigua certe tunc fuit Ecclesia, sed Spiritus sanctus decreta eius authentica reddidit. Falluntur ergo illi, qui Canones conciliorum repetunt tantum a temporibus Constantini Magni, quibus Religio Christiana, & eius disciplina constitui debeat. Orthodoxi enim Canones, & uera Conciliorum forma, in Scriptura sacra continentur, a qua omnium Conciliorum, quotquot fuerunt & erunt, autoritas dependet. Ante concilium Nicanum celebratum est concilium Carthaginense, cui multi Episcopi interfuerunt. Cur reiectum? quia contra scripturae auctoritatem decreuerunt, rebaptizandos esse haereticos ad communionem Ecclesiae redeuntis. Valeat ergo in omnibus haec regula, ut si quid decretum fuerit contra scripturae ueritatem, irritum sit, & nullius momenti. Ceterum cum supremus Magistratus, post Deum, in Ecclesia primum teneat locum, Concilia generalia conuocarunt Imperatores à Con-

stantini Magni tempore, donec per tyrannidem detestandam politia Ecclesiæ est omnino sublata. De primo Concilio Nicæno generali dictum est supra, à trecentis & octodecim Episcopis celebrato, & à Constantino Magno coactò. Constantinopolitanum primum Concilium indixit Theodosius Magnus, in quo Macedonij hæresis, Spiritum sanctum Deum esse negantis, damnata est. Ephesinum primum, æcumenicum, à Theodosio iuniore Imperatore, insum fuit, in quo hæresis Nestoriana à ducēis Episcopis fuit iudicata. Chalcedonense primum, editò Imperatorum Valentianam & Martiani à sexcentis triginta patribus fuit celebratum, in quo Eutychiana hæresis profligata est. Qua de re consulendi sunt Eusebius lib. 2. de vita Constantini, Nicephorus lib. 12. cap. 10. & lib. 14. cap. 34. & Euagrius lib. 1. cap. 2. hist. Eccles. Hæc sunt quatuor prima Concilia generalia, in quibus fides Orthodoxa non tantum propugnata est contra hæreses, sed patres, ut credibile est, politia ad vitandas confusiones instituerunt tolerabilem, nisi posterius ambitione & superbia sua omnia corrupissent.

9 Cur vero à patribus instituta sit politia, de qua supra dictum est, Synodus Nicæna causas sequentes exponit. Prudentissime, inquit, iustissimeq; patres prouiderunt, quæcumq; negotia in suis locis, ubi orta essent, finienda, nec unicuiq; prouincia gratia Spiritus sancti de futuram: quæ æquitas à Christi sacerdotibus & prudenter videatur, et constantissime teneatur; maxime, quia unicuiq; concessum est, si iudicio offensus fuerit, cognitorum ad concilia sua prouinciæ, vel etiam vniuersale prouocare, nisi forte quis quæ est, qui credat Deum vni alicui cognitionis & examinis inspirare iustitiam, innumerabilibus aut in Synodo congregatis sacerdotibus denegare. Aut quomodo ipsum transmarinum iudicium ratum erit, ad quod testium necessaria persona vel propter sexus, vel propter senectutis infirmitatē, vel multis aliis interuenientibus impedimentis, adduci non poterunt? In hunc finem in Concilio Constantinopolitano suprascripto, repetitum fuit, ut ea quæ in Nicæno Concilio statuta sunt, immota maneant, tam in fide, quam disciplina Ecclesiastica; utq; cura earum regionum, quæ Christi Religionem amplectæ erant, Archiepiscopis demandaretur, ut Episcopi suas dioceses gubernent, nec ad alias accedat. Alexandrino cõmendatæ sunt Ecclesiæ Aegypti, Libyæ, et Pentapolis, Antiocheno Ecclesiæ Syriæ. seruato honore, qui ei in Nicæna Synodo delatus est. Hierosolymitano cõmissæ sunt Ecclesiæ Palestinae. Constantinopolitanus suum honorem habebat post Episcopum Romanum, quod Constantino-  
polis, noua sit Roma. Rufinus lib. 10. Eccl. hist. sic ait: Apud Alexandria, et in urbe Roma, hæc consuetudo seruetur, ut & ille Aegypti, hic suburbicariarum Eccle-  
siarum

garum sollicitudinē gerat. Ex quo testimonio patet, Romanū Episcopū, paucis limitibus circumscriptum fuisse, & in genere hac regula omnibus imperij Orientalis et Occidentalis Episcopis prescripta fuit; Ne extra cancellos prouinciæ, & Episcopatus sui, nisi inuitati egrederentur. Vt vero Imperatores utriusq; imperij iisdem legib; & constitutionibus regebant; sic in Ecclesiasticis, iisdē disciplina & politia canonibus, in Conciliis generalib; statutis, Orientales et Occidentales Ecclesia, tunc ab Episcopis Orthodoxis administrabatur. Moris erat acta Conciliorū describere, & exemplaria per vniuersum orbem promulgare, præcipue, qui ex prouinciis utriusq; imperij ad illa delegati fuerant, archetypa subscriptionibus eorum, qui præfuerant Conciliis, confirmata, ad suas Ecclesias referabant; hincq; factum, vt vna fides, vna lex, vnus Deus, vnum baptisma, vbiq; locorum coleretur.

10 De incremento Religionis Christiana in partibus orientis factō, cōpendiose hætenus dicta, ab oculos ponunt, eiusdē progressus in Occidente, cuius historiā pau. is etiam attingam. Ecclesia Roma fuit Pauli tempore, ad quam perductus, et sub custodia detentus biennii spatio, vt est Act. 28. annūciauit nihilominus Christum omnibus accedentib; nemine prohibēte. In hac ampla ciuitate distincti erant Christianorū conuentus, vt colligere est ex c. 16. epist. quam Corintho Apostolus scripsit ad Romanos, quibus præsens & absens Euangelij præco fuit: Hieronymus, Petrū & Paulum sub Nerone martyrio coronatos esse affirmat. Quicquid sit, nobilis fuit & illustris Ecclesia Romana, propter martyria Episcoporū, Presbyterorū & aliorū piorum, qui Diocletiani, Maximiani, & aliorum Imperatorū crudelitate ibi perierunt. Caribaginenſis etiā Ecclesia celebris fuit primis seculis, & præsertim Cypriani tempore, qui quarto ab vrbe milliari martyrio affectus est, Valeriano & Galieno imperantibus, teste Hieronymo: In Gallia primū locum obtinebat eo tempore ecclesia Lugdunensis, quam Irenæus, eius episcopus, propter doctrinā, & pietatem celebrē reddidit. De illo, & politia qua in ecclesiis Gallia obseruabatur, plura videre licet apud Eusebiū lib. 4. hist. Eccles. c. 26. Accessione vero Ecclesiis Occidentis imperij addidit non mediocrem Constantius, Constantini Magni pater, qui Christianis benignum se, & præsertim Anglis, Christum profitentibus, præbuit; & eos qui maxima pietate in palatio suo conspicui erant, amplissimis extulit honoribus. Probāda vero (vt Eusebius ait) fidei singulorum aulicorum causa, hæc legem tulit, & optionem omnibus dedit, vt aut sacrificando potestatem præstanda sibi operaretinerent, aut si immolare recusarent, à palatio consuetudineque sua recederent. Cum autē alij tuenda illius gratia causa, se sacrificaturos dixissent,

alii in pristina Christi colendi sententia perseverarent; illos tanquam proditores, hos tanquam fideles, apud seret inuit, quod eos Imperatori prestare non posse fidem iudicaret, quam sefellissent Deo, quem colerent. Inanem itaque Deorum cultum reiecit, & licet aperte Christum non profiteretur, tamen Deum unum, omnium rerum creatorem & moderatorem religiose colebat. Cum ergo in Occidentali imperio, excepta Italia, quam Galerio remiserat, nemini Christianorum propter religionem iniuriam aut vim inferri pateretur, Gallia, Britannia, & Hispania Ecclesia Christiana mirum in modum creuerunt. Parenti benigno successu Constantinus filius, qui initio principatus sui statim edixit, Ne quis Christianorum violaretur: & ut ipsorum saluti tutius consuleret, potestatem omnibus & arbitrium concessit, ut vel Gentium, vel Christianorum cultum sequerentur. Nec improbandum illud consilium in Constantino, nondum sacris initiato: &, quo spectaret, euentus docuit. Nam postea templa idolis consecrata, occlusit; Ethnicorum sacrificia prohibuit: & licet Maxentius & Licinius, Christiana religionis profesti hostes, nobilibus Italis, Gracis, Hungaris & Thraciae proceribus simul conspirantibus, hoc nomine contra eum bellum gesserint acerrimum; nihilominus prius ei fuit caput & dignitatem periculis omnibus exponere, quam Christiana fidei tutelam deserere. Treuirensis Ecclesia circa annum 309. florere cepit: Imperator enim Constantinus, qui postea Magnus dictus est, in illa ciuitate sedem, & domicilium constituerat, licet vero templum Apollinis sacrum, & alia idolorum delubra, maximo honore colerentur, quod Imperator ea interdum frequenter, attamen ceteri Christianorum tunc celebres erant. Victo in Italia Maxentio, Imperator in Galliam redit, anno 313. & edicta multa in gratiam Christianorum promulgauit; quare excitati Gallia Episcopi, & Christiani, crebriores conuentus habuerunt, noua templa adificanda curarunt, & ea, quae ad fidem & disciplinam Ecclesiae constituendam pertinent, sedulo curarunt. Eo anno orta est grauis controuersia in Ecclesia Carthaginensi ab illis, qui Donati cuiusdam Numida haeresim amplexi erant. Is filium patre minorem, filioque Spiritum sanctum esse dicebat, & secta discipulos multos habebat: mortuo Carthaginensis Ecclesiae Episcopo, Orthodoxi Cecilianum diaconum, virum doctrina & moribus praestantem, sibi delegerunt, & Episcopum constituerunt. Donatista, qui alium ex suis substitui voluissent, Cecilianum apud Anullinum Africae proconsulem, accusarunt, & ab Ecclesiae communiione se subduxerunt. Proconsul de motibus Africae propter religionem Imperatorem per literas certiore facit, qui iudi-

ces Donatistis & Caciliano Episcopo constituit Maternum Agrippinensem, Rheticum Augustodunensem, & Marinum Arelatensem, Episcopos, quod diligenter notandum in historia, quæ de illarum Ecclesiarum vetustate & auctoritate fidem facit. Militiam etiam Episcopum Romanum illis adiunxit, huius controuersia iudicem. Sed cum nihil isti profecissent, iterum Donatistis in Cacilianum, concilium Arelate indulsit, qui innocens ab Episcopis qui conuenerat, declaratur aduersarii ad Imperatorem prouocarunt, qui Mediolani Cacilianum, & eius accusatores audiuit, causas cognita Episcopum Carthaginensem absoluit, & innoxium iudicauit, improbissimos vero accusatores dampnauit, & res eorum sisco addixit, ut Augustinus sepe in scriptis contra Donatistas, reperit. Hic Cacilianus Carthaginensis provincia, & Nicasius Diuionensis Ecclesiarum Gallia nomine, concilio Nicæno interfuerunt, & ad suos reuersi, tum ea quæ de fide, tum quæ de disciplina a patribus decreta fuerant fideliter retulerunt Ecclesiis, a quibus delegati erant, ad posterosque suos transmiserunt.

II Caterum, quemadmodum aranea miro artificio telas ordi solent, sic ex hac patrum politia, Hierarchia textura in vitroque cæpit imperio, de qua Chrysostomus Hom. 43. in cap. 23. Matth. Episcopum, inquit, non sedes sanctificat, sed contra is integritate vitæ sedem sanctificare debet, quicumque primatum in terra desiderabit, confusionem in calo experietur; quicumque de eo questionem mouebit, inter seruos Christi non numerabitur: ideo nemo præ alius maior haberi contendat, sed potius occasiones quarat, ut sit omnium minimus. Hæc a Chrysostomo scripta uaticinia fuerunt eius, quod paulo post accidit: nec dubito quin Sanctus doctor ex iis quæ Nectarius antecessor, ambinerat, conitceret, quo posterorum ambitio esset euasura. Nam in eius gratiam quod uir esset Senatorius & grauis, cum in Demophili Episcopi Constantinopolitani locum successisset, in concilio supra dicto decretum fuerat, ut Constantinopolitanus præ cæteris Orientis Episcopis, honore afficeretur, qui tamen antea Alexandrino subiiciebatur. Decretum concilii, edicto Theodosii in hæc uerba confirmatum fuit: Episcopis tradi omnes Ecclesias mox iubemus, qui unius maiestatis atque ueritatis patrem & filium Spiritum sanctum cõstitentur, quos constabit communi Nectarii Episcopi Constantinopolitani Ecclesiæ esse sociatos, itemque Timothei Alexandrini, Cyrilli Hierosolymitani & Mileti Antiocheni, ex quibus intelligi potest, Nectarium cæteris Metropolitanis prælatum fuisse. Et hæc fuit prima labefactatio, qua politia a patribus instituta, cæcelli discussit

fuerunt. Sed illos Anatolius Episcopus Constantinopolitanus in concilio Chalcedonensi omnino perfregit. Cum n. Synodus ad extinguendam haresim Euty-  
chetis congregata fuisset, hic Diotrophes alter in occasione ambitus pertraxit, et  
obtinuit, quando in ea ciuitate Episcopus esset, quae sedes erat imperii, a qua Asia,  
Ponti & Thracia prouincia in politicis ius peteret, aequum etiam esse ut in Ec-  
clesiasticis a sede Ecclesiae Constantinopolitanae penderent. Nec enim igitur con-  
cilii 6. & 7. canones abrogati sunt, & priuilegia Alexandrino & Antiocheno  
adempta, & ad Constantinopolitanum translata, sicque Antiochena Ecclesia  
omnino spoliata, quam Chrysostomus merito vocat matrem omnium Ec-  
clesiarum, quod in ea Petro Apostolo praedicante, Christianum nomen exor-  
tum est, ut est Act. II. Hac cum Leoni Episcopo Romano significata fuissent,  
grauem mouit de hoc Chalcedonensis concilii decreto querimoniam, quod, ut  
ipse ait epist. 51. ad Anatolium, hac via omnes Metropolitanii Episcopi honore  
proprio priuarentur: scripsit etiam hac de re ad Martianum Augustum, & ad  
Pulcheriam Augustam. Alexandrinus etiam Episcopus factam suae sedi ini-  
uriam esse conquirebatur: Antiochenus & Ierosolymitanus, gratia & autori-  
tate inferiores, ne hiscere quidem audebant.

12 Itaque ad componendam hanc tragœdiam, Alexandrinus Constā-  
tinopolitanus, & Romanus episcopi triumuiratum in Ecclesia constituerunt,  
& portiuicula Ecclesiarum Palaestinae, Hierosolymitano concessa, utriusque  
vero imperii Ecclesias, tanquam praedam bello partam, inter se diuiserunt, sed  
postea Constantinopolitano principatū totius Orientis ambienti cedere coacti  
sunt Hierosolymitanus & Alexandrinus. Tandē circiter annum 590. Ioannes  
Patriarcha Constantinopolitanus, ex decreto concilii Constantinopolitani, circa  
tempora Pelagii Iunioris, Episcopi Rom. habiti, titulum Episcopi œcumenici  
sibi vindicauit, quem Gregorius Episcopus Rom. detestatus est, & ut principa-  
tus affectati suspicionem a se remoueret, seruum seruorum Dei, se inscribe-  
bat. Attamen postea eius successores, œcumenicos se esse dixerunt, & cum pa-  
triarcha Constantinopolitano de principatu Ecclesiarum ad hunc usque diem  
diglantur. Itaq, Constantinopolitanus omnem fere ditionem Episcoporum  
Orientis inuasit, & licet iusto Dei iudicio Ecclesia illa sint a Turca subacta, &  
ipse patriarcha pauper, & sepe hostium Christi opprobrio expositus, nullumque  
dominium, iurisdictionem politicam, imo ne ciuitatem quidem unquam pro-  
priam possideat, attamen veteri ambitionis fermento inflatus, sic sua solet ho-  
die scripta inscribere:

N. ἑλέω Θεοῦ Ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντῖνος πόλεως νέας Ῥώμης, καὶ ὀ-  
 κρυμένικὸς Πατριάρχης.

Præest quidem reliquiis Ecclesiarum Christianarum quæ sunt sub imperio Turcico, & eius autoritas adhuc late patet, quæ in Europa Græciam, Seruiam, & Bulgariam, Thraciam, Walachiam, Moldauiam, Rusciam, Mosconiam, insulas Aegæi maris, & Asiam minorẽ complectitur, sed quã funestus sit status Ecclesiarum Christianarum in illis locis, in Præfatione huius libri breuiter attingi, Domino nominis sui contemptum & præsulum ambitionem sic ulciscere.

13 Equidem proceres Orientis et Occidentis, nimio cultu, quo profecti sunt Episcopos, Episcopatum Christianum ubique per diderunt. Quod imprimis in Hierarchia Romana est verissimum: de qua cum agamus, eius principia, & media quibus elata est, historica narratione paucus aperiam, ut eorum, de quibus disceptatur veritas, illustrior fiat. Ad Constantini Magni tempora Episcoporum Romanorum statum miserrimum fuisse, si rerum humanarum splendorẽ spectes, nemo est historiae peritus, qui ignoret. Hic Imperator primus fuit, qui eos è tenebris eduxit in lucem, cum antea in cryptis latitarent: & nocturnos conuentus propter tyrannorum persecutiones colerent. At nihilominus Ecclesia Romã Apostolorum doctrina & sanguine insignis, vere sancta & Apostolica eo tempore erat & dicebatur. Qui eis successerunt Episcopi, martyrio, & sanctimonia maiori ex parte usque ad Miltiadẽ excelluerunt. Siluester urbem & Ecclesiam Romanam insigni Constantini beneficio, templis magnificis instructam, & Nicæni concilii legibus temperatam, suis reliquit successoribus, quorum postea conditio anceps & varia fuit. Liberius enim in concilio Mediolanensi damnatus fuit, & in exilium postea pulsus. Felix 2. in locum Liberii exul, factus est Episcopus, sed Liberius reuocatus iussu Imperatoris Constantii Arriani, Felicem loco mouet. Damasus, cum Ursicinio, a schismaticis Episcopi designati sunt, magno motu in urbe concitato. Cum vero Alaricus, Gothorum Rex Rom. obsidione premeret, Innocentius ad Honorium Imper. missus est, ut de pace componenda cum hoste ageret: postea Bonifacius & Eulalius in ambitu comitiorum, & schismate Episcopi eliguntur. Xistus Episcopus variis & capitalibus oneratus criminibus, vix liberatur. Ergo huiusmodi Episcoporum Rom. fuit à Syluestro ad Xistum usque, vix centum annorum curriculo emenso, status turbulētus, & dubius. Quid? urbis et Ecclesie quæ fuit conditio? Alarico primum ad inducias pacis confirmandas quadraginta librarum millia persoluenda fuerunt, sed postquam ab illo obfessa fuit ciuitas, ingens fames eam oppressit, ac mox



famē crudelis pestilentia excepit, cumque passim omnia cadaveribus implerentur, quod more solito extra civitatem recondi non possent, lues ipsa dira odoris fœditate ingeminata est, et plebs, stimulantē fame, in seipsam sauire incœpit, & (quod horrendum dictū est) à Romanis Gentilium sacrificia repetita sunt, Senatusq; in Capitolio idōlis sacrificavit, a quibus se conservari posse existimabat. Narrat Zosimus Pompeianum urbis præfectum, hac de re Innocentium Episcopum interpellasse, & respondisse, ageret Senatus quod Reipublicæ utile esse existimaret. Maneat penes autorem huius responsi veritas: quod si ab Innocentio factum est, indignus fuit qui Christianus, nedum Episcopus censeretur. Idololatria enim omni pio execrabilis est, et ut in resancta quâ Deus præcepit deliberandū non est an eam sequi debeamus, sed statim amplecti tenemur; sic deliberationi locus non debet tribui in idolorum sacrificiis repetendis. Non congregabo ait propheta Psal. 16. conuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.

14 Equidem illis seculis per crebram gentium transmigrationem, Deus severissime ultus est verbi sui contemptum, in quod Romana superbia sapius offenderat. Quod Kranzius lib. 1. Saxonia, cap. 29. non minus pie quam vere agnovit, his verbis: Quis, inquit, sine nutu gubernantis omnia Dei illam (ut vocat Itali) barbarorum eruptionem accidisse crediderit? Quis non videt perinde retusam superbiam Rom. ditionis, quæ diu autorem suum distulit agnoscere? Nam ubi sanctorum martyrum abundantius quam Romæ fusus est cruor? Quo in loco magis efferbuit pro falsis diis principū indignatio? Ergo quod Roma diu irrogavit innoxias, hoc passa est in ipsa urbe, & Italia, & Romanis provinciis ab illis nationibus, quas ante ignoravit, vel contempsit. Itaque ut ad historiam reuertar, circa annum 410. Alaricus proditione urbem Romam cepit, & per præconem edixit, Ut pro se quisque militum bona fortunasque civium deprædaretur. quæ de re D. Augustinus ad Demetriadem sic scripsit: Ad stridule buccina sonum Gothorumque clamorem, lugubri oppressa metu, domina orbis Roma, contremuit: ubi tunc nobilitatis ordo? ubi certi & distincti nobilitatis gradus? permixta omnia, & timore cōfusa, omni domui planctus, & equalis fuit per cunctos pavor: unū erat servus & nobilis, eadē omnib. imago mortis, nisi quia magis eā timebāt illi, quib. fuerat vita incundior. Quid Innocentius Episcopus Rom. quo loco tunc fuit? Is, ut ante dixi, ad Honorium Imper. missus fuerat, nec in urbē redierat & apud eū subsidebat, cū urbs capta, & direpta est ab Alarico. Ea scilicet fuit boni pastoris fides, ad suum gregem fame, metu, & depopula-

populatione exhaustū non redire; & eam in aūla Imper. interim curare suā. Tunc Ecclesia Rom. repetitis falsorum deorum sacrificiis, non omniū Ecclesiarū caput, sed Gothia dicebatur. Post annū vero quadragesimum tertium, quā à Gothis capta fuerat Roma, iterum à Vandalis, Genserico duce, capitur, diripitur & incenditur: qui nec Leonis Episcopi Romani, nec Sacerdotum flexi potuit precibus, ut à templorum depopulatione abstineret; sed ea libidini & avaritiæ militum exposuit. Deniq; sub Momylo Imperatore, circa annum 474. Odoacer, Rex Herulorum, urbem Romam magnis viribus oppugnatam, toto incumbente exercitu tandem expugnavit, captamq; militibus diripiendam permisit: Episcopum Epiphanium, ex ario spoliatum, misere tractavit, neque prophanis rebus, neque sacris pepercit. Quis enumerare posset famis miseras, vastationes & clades, quas perpeffa est Roma, anno 546 cum bis capta est à Totilarege, & incolis exhausta? Muros enim urbis evellit, direptis omnibus civium bonis, iisque captivis in Campaniam abductis, ita ut quadraginta dierum spatio manserit deserta. Sylverius tunc Episcopus, suspectus proditionis, in exilium pellitur; Vigilius, eius successor, accusatus apud Iustinianum Imperatorem, quod Sylverium antecessorem suum abdicandum curavisset, & manus ei intulisset, cōprehensus iussu Imperatoris, in tēplo D. Petri in Graciā captivus mittitur. Constantinopoli vero percussus alapa, fugit in templum D. Euphemie, & columnam amplexus est, sed inde eiectus, per totam urbem tractus, clamante plebe, Ecce homicida aduenit dominator Dominus; atq; in carcerem coniectus, modico pane & aqua vitam miserè tolerare coactus est. Cum vero Iustinianus, cleri Romani precibus flexus, Vigilium dimisisset, & is in Siciliam Romam cogitans, pervenisset; ibi moritur, non sine mortis violentæ suspitione; qua Pelagius, qui ei successit, est oneratus, ut ante vidimus.

15 Quo vero loca res fuerint Episcopi Romani Mauricij Imperatoris tempore, testatur epistola Gregorij I. ad Constantiam Imperatricem, in qua conqueritur se per annos viginti septem, inter Longobardorum vixisse gladios, illisque non Episcopum, sed Sacellarium fuisse. Huiusmodi igitur fuit presulis Romani, sexcentorum ferè annorum curriculo, conditio miserima; de quo digni sunt Poeta versus ad PP. Hadrianum 4. qui hic describuntur:

Cogitet antiquos primævi tempotis annos,  
Præteritosque dies; & Specula prisca reuoluat,

Num Petrus aut Clemens? num cetera turba priorum  
 Scepra Latina dabat? Romanus, tempore prius,  
 Pauper erat praesul, regali munere creuit:  
 Necramen ut fasces, & regni iura Latini  
 Vel dare praesumat, vel cuiquam tollere possit.

*Phocas Imperator primus fuit, qui Romanum Episcopum superbo titulo donavit, vniuersalis, & principem omnium Episcoporum designauit: idque accidit circa annum 600. postquam Mauricium Imperatorem, dominum suum, cum omni prole proditorie extinxisset; & imperium inuassisset, per electionem militum tumultuariam, Paulus diaconus testatur, ad petitionem Bonifacii tertij, hunc superbum titulum Episcopo Romano à Phoca concessum fuisse, ut absolueretur à cede Mauricij. Nec certe noua fuit hæc Bonifacii ambitio, quam eius antecessores, ut postea videbimus, multis fraudibus ambuerant, contra verbum Dei & politiam à patribus constitutam. Quo iure ergo potuit Phocas Hierarchiam Romanam constituere? An, quia Ecclesia Romana, omnium Ecclesiarum antiquissima erat? Minime. Ecclesia enim Antiochia prima, & dignior iure antiquitatis habenda est, quod in ea nomen Christianorum originem duxerit. Romana quidem Ecclesia, quod Romæ sedes Imperij Occidentalis fuerit, quod constas in doctrina Trinitatis, quodque in ea multi martyrio sint affecti, clara & illustris olim habita est. Sed si dignitas à pietate, & doctrina Episcoporum diiudicanda est; in Oriente & Occidente fuerunt Ecclesia multo celebriores, quam ipsa Roma fuerit. Taceo impietatem, & ignorantiam multorum Episcoporum Ecclesie Romanæ; ex omnibus, producat in medium præstantissimus, is certe nulla ratione conferendus erit cum Augustino, Cypriano, Chrysostomo, Basilio, & aliis patribus; de quorum pietate & doctrina nulla unquam etas conticescet. Extat historia celebris Stephani Episcopi Romani, qui ad Pipinum Regem Gallia legatum misit, oratum ut ad se mitteret è Francorum Episcopis eruditissimos; ex quorum auctoritate & doctrina, Ecclesiam Romanam reformaret. Cum ergo Episcopi Romani, collegas, alios Episcopos, doctrina non superent, nullo alio titulo se præferre possunt ceteris, quam Phocæ beneficio.*

16 *Vanum certe, & sine viribus fuisset Phocæ beneficium, sedi Romanæ, nisi alia deinde accessissent. Nam Græcia & tota Asia, paulo post ab eius communionem se subduxerunt, detestataeque sunt Romanum Hierarchiam, Patriarcham Constantinopolitanum agnoscentes. Gallicana Ecclesia, politiam, à patribus constitutam, amplectentes, sui iuris erant. Nam ut Gregorius Turonensis scriptum reliquit, circa annum 496, Clodoueus sacro baptisate*

cum proceribus ablatus Rhemis fuit, & Concilium Aurelia convocavit, in quo de politia Ecclesiarum leges sancitæ sunt. Antea Synodi multa in Gallia celebrata fuerant, sed non ea auctoritate qua Concilium Aurelianense, cui primus Rex Francorum, Christianissimus dictus, interfuit: eius, & successorum beneficio, Ecclesia Gallicana mirum in modum creuerunt. Duodecim enim in Gallia numerantur hodie Archiepiscopatus, Lugdunensis, Aquensis, Viennensis, Narbonensis, Tholosanus, Burdegalicus, Auxitanus, Bituricensis, Turonicus, Rothomagensis, Rhemensis, & Senonensis. Episcopatusq; circiter centum. Hi omnes, antiquo instituto, Papam Romanum superiorem non agnoscebant, aut ei parebant, nisi pro arbitrio. Tunc vero in seruitutem redacti sunt, cum Pipinus, pater Caroli Magni, regnum inuasit. Nam cum Zacharias, Pontifex Romanus, ei adiutor fuisset, ad perfidiam & latrocinium, ut, pulso legitimo rege, regnum quasi præda expositum, raperet; hoc mercedis tulit, ut in Ecclesias Gallicanas iurisdictionem haberet, & Exarchatum, & Pentapolim, tam suo, quam successorum nomine possideret. Quam donationem Carolus Magnus, victo Desiderio, ratam habuit. Quod si Carolo Sigonio, lib. 3. De regno Italia, fides est adhibenda, multo plura bona dedit Hadriano & successoribus suis; nempe Corsicam, Sardiniam, Siciliam, territorium Sabinense, Ducatum Spoletanum, Tuscumq; Longobardorum unà cum censu qui quotannis pro his Ducatibus, regi Longobardorum persoluebatur, salua tamen super eosdem Ducatus regia ditione; cuius donationis testis est Anastasius in Hadriano. Sic, quæ bello paria fuerant à Carolo, Pontifici donantur. Ecclesiam certe Romanam, non Constantini donatio, quæ ficta est, sed Regum Gallia liberalitas locupletauit, virtus protexit, & ab hostibus vindicauit. Quod Innocentius tertius sua quadam ad Galliarum Episcopos missa epistola testatus est: nec immerito. Clodoueus. n. coronam auream Romam misit ad S. Petrum, quæ Regnum appellant; Carolus Martellus Aistulphum Longobardorum regem, bellica virtute prohibuit, ne Romam caperet: Pipinus, precib. exoratus Stephani Pontificis, incredibili celeritate superatis Alpibus, indeq; deiectis hostium præsiidiis, exercitum in Italiam transportauit, & Aistulphum, acie congregi non ausum, Ticini, quo se ex fuga receperat, tam diu obsedit, quoad is datis obsidibus, et iureiurando interposito, confirmaret se crepta Romanis redditurum, nec unquam repetiturum. Postea Hadrianus ut urbem Romam ab insidiis Desiderij tueretur, legatos misit ad Carolum, fidem eius auxiliumq; pro Ecclesia Romana defensione implorans. Id igitur bellum, in gratiam Ecclesie Romanae, iustis de causis Carolus suscepit,

& consecit; victoq; Desiderio, pacem Italia, securitatem Roma, dignitatem Episcopo Romano, & diuitias peperit. Leonem III. verberibus à Romanis affectum, & in exilium pulsum, non solum restituit, sed amplissimo thesauro donauit; testamentog; suo legauit Ecclesie Romanae argenteam mensam pretiosissimam. Nam inter thesauros Imperatoris tres erant mensae argenteae, ac una aurea, praecipuae magnitudinis; unam, ex tribus argenteis, similitudinem Constantinopoleos urbis referentem, Romam adornadum D. Petri templum misit. Verum haec laeuis sunt praeter illis diuitiis, quas Romanus Pontifex ex Gallia, singulis annis per secula multa reportauit. Narrauit in Concilio Basiliensi, Archiepiscopus Lugdunensis, tempore Martini Papae, in curiam Romanam venisse de Francia nouem milliones, id est, XC. tonas auri. Quot haec hirudo ab eo tempore exhauerit thesauros, subducendum relinquo mensulariis, qui Lugduno pecunias Romam permutarunt: Gallia certe, bos lactaria Papae opima fuit, imo portus & asylum salutis. Cuius rei testes sunt, Remensis, Claramontana, Turonensis, Lugdunensis Synodus, quibus Urbanus, Alexander, & Gregorius interfuerunt, ut suis difficillimis rebus consulerent. Stephanus Pontifex, & pleriq; alij miseri & afflicti, ex Gallia diuitias, restitutionem in integrum, & ornamenta omnia sunt adepti. Ex alijs Europa regnis & prouincijs, absq; dubio auri & argenti gazam Pontifices Romani, amplissimam reportarunt. Procerum enim mentes superstitione obcecatae, huic terrae Numini praecipua quaeq; donaria obtulerunt; & ut olim spolia hostium in Capitolium, sic praeda ab hostibus parta, & in pios usus, ut Iurisconsulti loquuntur, legata, in templum D. Petri sunt collata; Episcopog; Romano, tanquam omnium Ecclesiarum capiti, sunt commissa. Sed hijs Hierarcha minime contentus, omnia ferè regna Occidentis sibi tributaria reddidit, & imperium in ea exercuit.

17 Istam proculdubio Hierarchiam, non genius Christi, sed genius Romuli peperit. Translata enim imperij sede ab Occidente in Orientem, ut Imperator Constantinopoli, sic Papa Romanus, Romae omnium Ecclesiarum monarcha, sedere affectauit, & tandem regnum sibi, & suis constituit. In locum consulum qui olim Imperium Romanum administrabant, successerunt Cardinales non duo numero; sed tot quot Papae Hierarchiae principi visum fuerit. Archiepiscopi Ducibus sunt adequati; Episcopi in locum Comitum successerunt; Vicarij Episcoporum, praesidium imperij dignitatem, praepositi praefectorum vicem referunt; Archipresbyteri in locum Tribunorum militum substituti sunt;

sunt; Cancellarij, Tribunos plebis representant; Archidiaconi, munus praetoris; Decani, Centurionis; Subdiaconi, locum diuumvirum occupant. Ne vero Romanenses clamitent hac à me in ipsorum contumeliam efficta esse, cito illis auctorem Petrum Mesiam Pontificium, qui Siluam variae lectionis scripsit Venetijs editam; in qua eadem totidem verbis inuenient, multoque plura. Phalangem enim clericorum, Hierarchia ministrorum commemorat incredibilem: certumque est in Amurathis aula Constantinopolitana non reperi tot ministros, quot sunt in Hierarchia Pontificis Romani clerici. Quales vero fuerint à multiiseculis, descripsit Isidorus lib. 2. de Officiis, cap. 3. Duo sunt, inquit, genera clericorum: vnum, Ecclesiasticorum, sub regimine Episcoporum degentium; alterum acephalorum, id est, sine capite; qui, quem sequantur, ignorant. Hos neque inter laicos secularium officiorum studia, neque inter clericos religio detentat diuina, sed solutos atq; aberrantes sola turpis vita complectitur & vaga. Quis, dum nullum metuentes explenda voluptatis suae licentiam consecantur, quasi animalia bruta libertate ac desiderio suo fruuntur, habentes signum religionis, non religionis officium: hippocentauris similes, nec equi, nec homines; mixtumque, ut ait poeta, genus prolesque biformis; quorum quidem sordida, atque infami numerositate satis superq; nostra pars occidua polluitur. Haecenus Isidorus; qui si colluniem clericorum nostri seculi intueretur, non cleronomiam Domini, sed Antichristi cleromaniam merito diceret.

## C A P. XIIIIL

- 1 Complexio argumentorum quibus pro Hierarchia Romana pugnatur, & de dignitate summi pontificis Hebraeorum, quae sub templi Hierosolymitani ruinis iacet in perpetuum.
- 2 An monarchia omnium gubernationum sit praestantissima, secundum philosophos.
- 3 De moribus Papparum Romanorum insulsis.
- 4 An Christus Petrum Ecclesiae monarcham constituerit.
- 5 An Apostoli Petrum sibi regem constituerint.
- 6 Falsum esse Petrum viginti quinque annos Romanorum Episcopum fuisse.
- 7 Episcopus Romanus Petri, aut alicuius Apostoli successor non est.
- 8 Gregorius Magnus Episcopus Romanus, sacerdotis vniuersalis dignitatem in Ecclesia detestatur.
- 9 Eandem damnarunt Concilia, & praesertim Augustinus qui concilio Carthaginiensi praefuit.

**V**erum enimvero, contra contextam adhuc uniuersalem Ecclesia disciplinam & politiam, magnis quorundam viribus, atq; artibus propugnatur, quod summus fuerit sacerdos in Ecclesia Hebræorum; & quod monarchia ipsa per se politia videatur in Ecclesia præstantissima, & quod in ea regnum Petro, & eius successoribus attributum sit: proptereaq; Romanis Pontificibus, qui Petro successerint, generalem Christiani orbis episcopatum, atque in omnes Christianos imperium esse iustum & legitimum, ut suo iure possit decidere de doctrina & disciplina, inferiores Episcopos instituere, & destituere; Christianos omnes, etiam Reges, excommunicare, & excommunicatos absoluerè, abdicare honoribus & bonis, subditos à iuramento fidelitatis & obsequij absoluerè. Quæ omnia an vera, an falsa sint, deinceps discutendum. Primarium fuisse in Ecclesia Israelitica sacerdotem, eumque typum Christi summi Pontificis cum ceremoniali cultu defuisse, antea pluribus docuirationibus. Daniel enim Propheta multis seculis ante prædixerat, quod post mortem Christi Hierosolyma & templum eius destruendum esset; quodque cessare deberent sacrificia in perpetuum. Christus Matth. 24. idem confirmauerat; & adimpletum fuit manu Romanorum, imperante Vespasiano & Tito, qui ciuitatem & templum solo adæquauit, neq; unquam instaurabitur. Quæ igitur insania, dignitatem pontificis Hebræorum tueri, quam Deus cum templo & sacrificiis semel extinctam esse decreuit? Etenim hæc Pontificis Hebræorum dignitas, monarchia non fuit; nemoque ex illo ordine legitur in Canonicis libris, qui regnum exercuerit. Moses & Iosua primi principatum obtinuerunt in gente Iudaica. Eis successerunt Iudices, qui populum gubernarunt, ad Saulis usque tempora, primi Regis. Post eum regnauit Dauid, & eius posteri regnum obtinuerunt, usque ad Sedechiam ultimum regem. Toto verò illo tēpore, quo Principatus, Respublica, & monarchia (quæ tres fuerunt species gubernationum in populo Israelitico ad captiuitatem Babylonicam) antiquis legibus administrata fuerunt; nullus Pontifex inter illos Rex vel monarcha fuit: imo ne potestas quidem vlla politica, super principatum, Respublicam aut monarchiam ei concessa. Post captiuitatem vero Babylonicam cum regia stirps defecisset, pōtiffices consilio malo mitram cum diademate copularūt. Deus enim hanc pontificum superbiam & audaciam improbens, excitauit arma Romanorum, qui urbem Hierosolymā expugnarunt, duce Pompeio; & Aristobulum Pontificem tunc regnantem vinctum cum liberis Romam miserunt; Iudaicam gentem tributaria ab eo tempore sibi obstrinxerunt, & per præfectos externos gubernarūt: pontifices vero non regno tantum, sed pōtifficatu ipso tan-

dem exuerunt: Pompeius quidē Hyrcano, Aristobuli fratris sacerdotis dignitatem primariam in templo concesserat: sed is à Parthis captus est, & in eo defecit successio generis, ex quo primarius sacerdos regnum inuaserat: deinceps ordinationes sacerdotum in lege prescripta, antiquata fuerunt. Nam Herodes ex edito Augusti Imperatoris Iudaeorum praefectus, sacerdotia, in quos voluit, nulla habita legis ratione, contulit: imo ipsam vestem summi sacerdotis, quod magnificentior esset chlamyde purpurea, qua Augustus utebatur, obsignauit; nec utendam pontificibus permisit, ut Iosephus & alij scriptores monumentis suis testantur. Qua cum ita sint, concludendum est infeliciter copulatam fuisse miram cum diademate, à summo Hebraeorū Pontifice: id Deo improbatē & vlciscente.

2 At, inquit Romanenses, Monarchia philosophis videtur omnium gubernationum praestantissima. Vtrum è tribus ciuilibus administrationis formis monarchia sit excellentior, meo iudicio ex philosophorum scriptis difficile est definire. Alij enim Atheniensis Reipublica gubernationem celebrant, qua democratica fuit: alij damnant, & Aristocratiam commendant: alij monarchiam probant: alij, quibus ego assentior, providentiam Dei elucere existimant in variis gubernationum formis, quibus diuersi populi & nationes, non minus hac inaequalitate gubernationum, quam elementa inaequali temperatura inter se coherent. Hac philosophorum sententia, etsi physicis nititur rationibus, qua in utramque partem agitari possunt; hoc tamen nomine mihi per placet, quod propius accedat ad dogma Theologicum; ex quo constat omnem potestatem esse à Deo. Itaque si Christianus sub monarcha vitam degit, ei ut Regi à Deo ordinato, fideliter obsequitur: si in libera ciuitate natus est aut versatur, eius Magistratui obtemperat; & omnipotenti à Deo ordinata sponte se subiicit. Etiam si autem de politia ciuili differere non institui hoc libro, ad obiectionem tamen dico, totis Politicis, nec Platonem, nec Aristotelem talem monarchiam informasse, qualem isti cogitant: sed temperatam è triplici genere laudabili, regali, optimate et populari. Etenim Christiani Imperatores & Reges veri hanc triplicis generis moderationem è regia ipsa maiestate, è Senatus auctoritate, & populari quadam libertate temperatam retinuerunt, adhucque retinent. Deinde, qui philosophorum citant testimonia, non satis cautè animaduertunt, quibus conditionibus & legibus illi regiam potestatem, et Regem ipsum definirint, quem talem esse volunt, ut nunquam à iusto & vero discrepet eius voluntas, ut tanta sit prudentia instructus, ut per se videat quantum satis est, ut praestet ceteris hominibus quibus impe-



raturus est, quantum homo pecudi, animus corpori, Deus homini prestaret. Ideam certe Regis effinxerunt, qui ne in amplissima quidem gente unquam talis inueniri potuit.

3 Ridiculum vero est, quod Canonista iactitant, Pontificem Romanum, omnia iura diuina humanaque in scrinio pectoris continere; præ ceteris excellere, & dignum, qui sit Rex regum, & Imperatorum imperator. In amplissimo certe Episcoporum Rom. catalogo ne vnus quidem talis reperietur. Quod si fides historiographis est adhibenda Pontificiis, qui vitas eorum descripserunt, maior pars insignibus nequitia & prauitatis non vulgaribus nobilitata fuit. Syluester secundus (ait Platina) diabolo adiuuante, cui se totum tradiderat pontificatum est adeptus. Anastasius secundus, heresim Acatij sequutus est. Ioannes VIII. mulier sexu, crimine suppositionis & impudicitia damnatus est. Romanus I. Theodorus 2. Ioannes 10. Christophorus 1. simonia, scortationibus, & seditionibus infames sunt. Stephanus 6. Formosi antecessoris sui cadauer è sepulchro Pontificum educi iussit, & amputatis dextrae digitis duobus, quibus in consecratione utebatur, & in Tiberim proiectis, spoliatumque pontificali habitu laicorum tumulo mandauit; Sergius III. illud putridum Formosi cadauer rursus è tumulo eduxit, capite, ac si superstes fuisset, mulctauit, & in Tiberim proiecit. Ioannes 23. immortalitatem animarum inficiatus est. Gregorius septimus, ante Hildebrandus dictus, Imperatori gladium eripere, & sibi vindicare ausus est, incendium in orbe Christiano excitauit, & in Synodis Wormaciae & Bressiae, propter crimina multa damnatus. Alexander III. ira & odio ardens (ut scripsit Baleus in catal. script. Angl.) contra Fridericum I. Imperatorem, eius imaginem curauit depingi accuratissime, tabellamque imaginis ad Sultanem Aegypti misit, cui Fridericus bellum intulerat, & per epistolam admonuit, nunquam ipsi futuram pacem, nisi Fridericum dolo, aut quacumq; ratione perderet. Atq; hac PP. admonitione obseruatus Imperator ab hoste, pauloq; longius à suo exercitu oberrans, agnitus & captus est. Qui imaginem ei exhibuit, & epistolam Pontificis Romani, ad se missam, simulq; perhorrescens eius perfidiam, pepigit de pretio redemptionis cum Friderico, eumq; pristina libertate restituit. Adhac Clemens V. ut ait Baldus in l. liberti, Codic. de oper. libert. Henricum Luxemburg. Casarem, quod iudicium tulisset contra Robertum Regem Siciliae, curauit monachi cuiusdam opera in Eucharistia præbenda veneno infici, & è medio tolli. Arnoldus Ferronus iurisconsultus & historicus celebris, narrat Iulium II. bellum cruen-

cruentissimum gessisse contra Maximilianum Caesarem & Ludouicum Galliae Regem, Nauarr. enimque principem, cuius regnum bulla excommunicationis Hispano depradandum & occupandum exposuit: hocque titulo illud Hispanus, ad hunc usque diem occupat. Cum vero Maximilianum & Ludouicum, quos excommunicauerat, aperto Marte superare pro animi libidine non posset, claues Petri in Tiberim, spectantibus hominum millibus multis, proiecit, & lorica armatus, gladio euaginato, exercitum, cuius ipse dux erat, Roma eduxit, hac alta voce sepius inculcans: Quandoquidem Petri claues inutiles fuerunt, agite commilitones, & gladium Pauli strenue exerceamus: in acie non tantum erat, sed primus pugnabat, & sanguinem hostium effundebat: in mania & aggeres ciuitatum, quas obsidebat, tormenta maiora manu sua torquebat: in bello ferox, in victoria saeuus & crudelis, extra praelium inclemens, dies noctesque ira aestuans. Quis quaeſo Alexandri 6. incestus, symoniam, uengna & homicidia non detestabitur? De illo Guichardinus in historia de rebus Italicis sic scribit: Post mortem Alexandri, uniuersa Roma cum incredibili letitia concurrat ad cadauer in aede D. Petri positum, neque satiari poterant oculi intuentes serpentem extinctum, qui immoderata ambitione & pestifera perfidia, & omni horrenda immanitatis exemplo, portentosa libidine, & inaudita auaritia, uendendo absque distinctione res sacras & prophanas, toxico suo mundum infecerat. Horret animus multorum aliorum pontificum Romanorum scelera commemorare, qui ex philosophorum problemate indigni fuerunt, qui Indis & barbaris, nedum Christianis praesicerentur. Desinant igitur in posterum pro Episcopi Romani monarchia, philosophos in testimonium adducere, aut Episcopum Romanum proferant, qui ceteris praestet hominibus quantum homo pecudi, animus corpori, Deus homini praestet. Quod quidem fiet cum mula Papa pepererit, aut illum Deum esse Steuchus piis hominibus persuaferit, ut persuadere conatur non sine crimine impietatis & blasphemia, in lib. De donatio. Constantini, pag. 141. Quapropter de tribus hierarchiae columnis, priores dua super primi sacerdotis Hebraeorum exemplum, & philosophorum dogma fundatae, corruerunt; ad tertiam & postremam veniamus.

4 Quod Christus Petrum regem in Ecclesia Christiana, Petrique successores Episcopos Romanos, ideoque Reges instituerit: quibus quaeſo probationibus id probatur? Christus dixit Petro (inquiunt) 16. Matthaei, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam: item Ioannis 21. Pasce agnos meos: item Matth. 18. Dabo tibi claues regni caelorum. At his locis nullus Petro

principatus supra ceteros Apostolos, nullum in Ecclesiam regnum attribuitur, sed petra, sed passionis, sed clauium nomine, firma fidei cōfessio, Euangelii prædicatio, credentibus peccatorum remissio significatur. Sic enim firmatur & fundatur vera pietas, sic fideles animi pascuntur, sic celum pulsantibus aperitur. Petra fuit, illa Petri pro discipulis omnibus solida confessio, ait Chrysostomus: & quod Petro per allegoriam dixit Christus, Pasce agnos meos, dixit per orationem simplicem & Petro & discipulis omnibus, Ite, prædicate Euangelium: & clauium potestas in claudendo & aperiendo, id est, ligando & soluendo, quæ 16. Matthæi traditur Petro, eadem discipulis omnibus traditur Matthæi 18. & 20. Ioannis. Quapropter hi loci falso citantur à pontificiis ad summi Pontificatus, summi que regni in Petro confirmationem. Sed enim quid illis argumentis abuti uuat, cum Christus a discipulis suis interpellatus, de isto pontificii regni potentatu causam semel omnino disceptarit, & diiudicarit? Etenim cum ab Apostolis interrogaretur, quis maximus inter ipsos, id est, quis rex Papæ ecclesiæ futurus esset, quamuis reddendum Cæsari quod esset Cæsaris, imperasset, at tamen regnum ab ecclesiâ sua prorsus auersatur. Reges (inquit) gentium domini sunt ipsarum, vos autem non sic. Gentes politicis legibus reguntur, & a Regibus gubernantur, Ecclesia autem mea non sic regatur, non sic gubernetur: Papam, regemque non habeat. Ad hanc Christi uocem quid pontificii regni artifices & architecti non erubescere debuerunt? & certe erubescunt, & tergiversantur, alia quærentes admimicula.

5 Apostoli, inquit, Romanenses, Petrum sibi regem constituerunt. Quid, an Christi doctrinam obliti, an uocis illius regnum ab ecclesiâ sic auersantis immemores, Petrum sibi principem, dominum, regem instituerunt? Appelletur contra Paulus ad Galatas, a quibus cum uelut Apostolorum nouissimus, & a regio uidelicet principatu remotissimus haberetur, doctrina quoque, uelut infimus habebatur, & ideo ipsi Galatæ facilius auertebantur a falsis fratribus, tanquã a maiorũ Apostolorum schola profectis. Appelletur, inquam, Paulus, & aduersus istos pōtificios spiritus non arrogans & superba, sed certe libera tantog, Apostolo digna parrhisia audiatur. Paulus, inquit, ego sum Apostolus, neque ab homine, neque per hominem, sed per Iesum Christum & Deum patrem; neque per hominem edoctus, sed per reuelationem. Hierosolyma cum primariis comunicauit: at nihil ab eis mihi collatum est, imo Iacobus, Cephas, Ioannes, qui putantur esse columna, cum Euangelium quoque mihi concreditum esse agnouissent, dederunt dexteras societatis mihi ac Barnaba, ut Apostoli præputii ac gentium

tium essemus; ipsi vero Apostoli essent circumcisionis ac Iudeorum. Hac Apostolica parrhisia Porphyrio nil nisi carnem Papatus, nescio cuius, & sanguinem cogitanti, arrogans & superba est. At re vera celestis animi altitudo, ac diuina Spiritus sancti magnitudo est aduersus Galaticum Papatum, qua tribus illis, quamuis excellentibus Apostolis, qui Galatis amentibus columna, & tanquam Papa putarentur, sese non insolenter, sed grauiter, equiparat; neque iis se vlla re inferiorem, sed socium & aequalem pradicat. Galatæ quidem amentes, tres supradictos Apostolos pro columnis habebant, at illi Paulum socium & aequalem agnouerunt, dexteras societatis ei dederunt; illam sanxerunt & obsignarunt Epistola, & Pauli ad tam varias gentes, & Petri ad Iudeos aduenas per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, Bithyniam dispersos. Galatis igitur amentiores illi qui putant Iacobum, Cepham, & Ioannem triumuiros, triumuiratum in ecclesia constituisse, quo argumēto abusi sunt illi qui Romanam, Constantinopolitanam, & Alexandrinā sedes orbis Christiani supremas esse voluerūt, quasi hoc trinario regno ecclesia regi debuisset. Etenim Galatæ soli amentes non fuerūt, Corinthii Paulo & Apolloni plus æquo etiam tribuerunt, sed diuina Spiritus sancti magnitudine Paulus hanc *ὄργω τον* *ἀντιπροέκρινεν*, & Apostolica parrhisia illos carnales, hostilidos vocat, 1. Cor. 3. & Gal. 3. Quam vero sancte Petrus cum ceteris Apostolis societatem coluerit, videre est Act. 8. Nam cum audiuissent Apostoli quod Samaria recepisset verbū Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem, collegas & æquales, qui certe supripes fuissent Apostolorum, non passi fuissent se ab illis ablegari. Ne apex igitur istius regni inter Apostolos constituti, nec Petri regis documentum in sacris literis vllum reperitur. At etiam huc affertur a pontificiis, Paulum Hierosolymam venisse ad Petrum, tāquam ad superiorem. Verū consecrarium hoc vehementer *ἀσυνόριστον* est. Nam paulo post, Petrus Antiochiam ad Paulum venit, ibique a Paulo reprehensus, in faciem quod damnandus esset, quia gentes cogeret Iudaisare, eoque fortasse non solum liberius, sed iniustius reprehensus, quod per istam Iudaismi speciem Galatæ seducti essent. Hanc igitur grauem veluti multam Petro Paulus irrogauit, istoque argumento Paulus Petri potius Dominus fuerit, quam Petrus Pauli. Quid igitur responsuri sunt adhac? Dicent, Petrum correctionem Pauli modeste tulisse. Papa ergo similis non fuit, qui omnes iudicat, & a nemine potest iudicari. Atque vt in Petro modestia non defuit, qui se reprehendi passus est, sic maxime deest in Papa Romano, qui hoc a sua maiestate regali vehementer alienum, indignumque iudicaret.

6 *Addunt, Petrum viginti quinque annos à Christi ascensione Romanorum Episcopum fuisse, falsum hoc inquam, etsi maxime verum sit, prorsus est inconsequens & ineptum. Nam interea constat eum tot annos Hierosolyma, Antiochia, Babylonia cōsumpsisse, & Lucas Petri Romanum episcopatum valde suspectum facit, qui in aduentu Pauli Romam, minima quæque persequitur, neque tamen de Petro vllum verbum facit. Paulus ipse suspectiorem efficit in epistolis, & Romæ scriptis, ad Ephesios & Philippenses, & ad Collossenses, vel Corintho ad Romanos, ubi nominatim appellat, & salutat tenuissimam quamque personam. At de Petro perpetuum silentium est, imo quodam loco testatur se ab omnibus desertum, vno Luca dumtaxat excepto, quod de Petro presente cogitare sit nefas. Ex quibus totus iste viginti quinque annorum Episcopatus falsus esse deprehenditur. Quid ad hæc Romanenses dicaturi sunt? dicent, quod dicunt Petrum non perpetuum illud tempus Romæ permanfisse, sed secundo Claudii anno venisse Romam, tum in Asiam varie profectum, bis redisse Romam quarto & ultimo Neronis anno. Sed tamen fuerit Petrus Romanorum Episcopus, non per istas interruptiones temporum, sed annos viginti quinque perpetuos, non inde sequeretur ibi regnum obtinuisse: fuerit Petrus etiam Romæ passus, passus quoque & ibidem etiam Paulus dicitur; & id de utroque Tertullianus didetur affirmare. quidnam argumenti istud est ad regnum pontificatus affirmandum? Contra enim sunt Christi, Pauli, Petri ipsius Apostolorumque testimonia: denique tota Apostolica disciplina in expositis civitatis Dei puræ capitibus, de iure legum, de rectoribus Ecclesiæ eligendis, hoc pontificium regnum funditus evertit.*

7 *Itaque cum Petrus Rex Ecclesiæ nequaquam fuerit, regnum ad suos successores transmittere non potuit. Quo vero iure Hierarcha Romanus sit successor Petri non video: bonorum Petri hæres non est, quæ nulla fuerunt. Aurum, inquit, Petrus Act 3. aut argentum non habeo. Doctrinæ & prædicationi Petri non successit: mutus enim tanquam marmor sancti Angeli, nunquam concionatur verbum Domini. Non sic Gregorius Episcopus Romanus: Sacerdos (inquit) moritur, si de eo sonitus non audiat, quia iram contra se occulti iudicis exigit si sine sonitu prædicationis incedit. Ad hæc Cathedræ Petri & sedis successor non est Romanus Hierarcha: Petrus enim, & ceteri Apostoli, nullam certam Cathedræ sibi constituerunt, sed per omnes sum orbem Euangelium annunciarunt, ut acta Apostolorum, & historia Ecclesiastica testantur. Quod si nomine Cathedræ doctrinam Petri intelligunt, nemo est in sacris eruditus*

eruditus literis qui ignoret, illos a sincera Petri doctrina & fide turpiter defecisse: sequitur ergo heredes Petri non esse. Hereditas enim Petri est eius fides & doctrina: ideo D. Ambrosius, lib. De pœnit. cap. 6. recte ait, Illos non habere Petri hereditatē qui eius fidem non habent. Deinde, successio legitima in Ecclesia Dei non pendet à persona aut sede qualibet, sed ab electione Deo autore & eius Ecclesia legitime facta. Locus ergo successionem non facit proprie, sed doctrina Christiana continuatio, & sacri ministerii exercitatio, cum tradita fides à Christo Apostolis, & ab Apostolis, veris Episcopis Euangelii præconibus, deinceps per singulos successores, absque intermissione verbum Dei populo Christiano annuntiatur. Itaque papa ipse p̄x̄us, nec hæres Petri, nec doctrina, nec muneris successor, imo nec Episcopus Ecclesie habendus. Qua de re D. Bernardus, libro De consideratione 4. Papam Eugenum interpellans, sic ait: Petrus nescitur processisse aliquando vel gemmis ornatus, vel sericis vestibus, non tectus auro, non veetus equo albo, nec stipatus milite, nec circum strepentibus septus ministris: in his non successisti Petro, sed Constantino. Ne quis vero existimet Bernardum successionem imperit aut regni Episcopo Romano tribuisse, audiamus quid lib. 2. De consideratione antea dixerit: Disce, inquit, Papam Eugenum admonens, exemplo prophetarum præsidere non tam ad imperitandum, quam ad faciendum, quod tempus requirit: disce sarculo tibi opus esse, non sceptro, ut opus facias propheta.

8 Episcopus igitur Rom. Petri aut Apostolorum successor, nec est nec dici debet, nisi verbum Dei annunciet, & tanquam verus Pastor gregem Domini pascat. Successores Petri & aliorum Apostolorum, fuerunt illi insignes Episcopi, qui sanguine suo doctrinam Euangelii, quam docuerant, obsignarunt, qui certe sibi monarchiam aut regnum in Ecclesia non arrogarunt. Gregorius Magnus Episcopus Romanorum, cum nondum huius tyrannidis insania in apertum Romæ prolata esset, ad Mauricium Imperatorem scribens, epist. 30. lib. 6. vehementer auersatur istam in Ecclesia Dei monarchiam, & Constantinopolitanum Episcopum nominatim detestatur pro Antichristi præcuratore, qui sibi vniuersalem in Christianos Episcopatum arrogaret, talemque principatum appellat alibi nouum, stultum, superbum, peruersum, scelestum. Neque verisimile est Gregorium hac de re commotum aut conquestum fuisse, quod Romano Episcopo hic honos a Constantinopolitano eriperetur. Nam in ea epistola generaliter ita loquitur: Ego autem fidenter dico, quia quisquis se vniuersalem sacerdotem vocat, vel vocari desiderat, in elatione sua Antichristum præcurrit,

quia superbiendo se ceteris preponit: & paulo post, contra de seipso ita loquitur: Nam peccator ego, qui auctore Deo, humilitatem teneo, admonendus ad humilitatem non sum. Itaque sanctus pater & arrogantiam Antichristi, & modestiam suam eodem loco comparat, tātum abest ut tyrannidem istam alius denoget, ac detrahat, ut arroget aut vindicet sibiipsi. Hic Episcopus Rom. fuit, hic successor Petri, si lubet, fuit: at nequaquam propterea arrogantiam tyrannici principatus sibi attribuit, imo quibuscumque modis potuit, improbavit ac damnavit.

9 Damnarunt etiam Concilia. In tertio enim concilio Carthagenensi, cap. 27. decretum est, ne Episcopus primæ sedis nominetur princeps presbyterorum, aut supremus presbyter, aut simile quid, sed primæ tantum sedis Episcopus. Equidem Carthago, Romani quondam imperii amula, fraudem noui, & nascentis in Romano pontifice imperii, prima detexit. In ea enim celebratum est concilium, cui præfuit Augustinus cum tabulis Nicani Concilii corruptis, Romanus Episcopus per legatos uniuersalem in Christianos Episcopatum flagitaret: tum enim Antiochia, Constantinopoli, Alexandria, euocatis, productisque Concilii archetypis Romani Episcopi cupiditas in perpetuum conuicta est. Ideoque Augustinus 3. libro De Baptismo contra Donatistas, cap. 3. verba illa recitat: Neque enim, ait, quisquam nostrum, se Episcopum Episcoporum constituit, aut tyrannico more ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit. Hic nempe sanctus Pater, cum patre Gregorio tyrannidem diserte aperteque appellat Romanum papatum. Ecquid ergo Romanenses Augustino & concilio respondent? Respondent, inquam, quod Hierarchia patronos decet, exemplum descriptionis Romanæ integrum & incorruptum fuisse, archetypa illa ab Augustino & aliis Concilii Episcopis vitiosa fuisse, atque corrupta: & cum ita frontem perfricauerint, putant se testes Catone sanctiores esse, ista videlicet simplicitate, & modestia papatus extruitur & propugnatur. Tandem vero extracto plerisque locis pietatis studio, quinetiam Augustino, & reliquis Carthagenensis concilii præsulibus, per impietatem horrendam damnatis, Romanæ fraudes regnum in Ecclesiam exercuerunt,  
non Apostolicum, sed piraticum.

- 1 Non ad vnius, aut paucorum arbitrium pertinere decisionem de doctrina & disciplina ad salutem necessaria.
- 2 Breui enumeratione præuaticationum Papatus, probatur ab eo doctrinam & disciplinam Ecclesiæ esse corruptam.
- 3 An Episcopo, & suis Doctoribus, multis Dei donis ornatis, vniuersalis decisio de doctrina & disciplina competat.
- 4 Quoriefcunque mouetur controuersia vniuersalis in doctrina & disciplina Ecclesiæ, synodus œcumenica est conuocanda, in qua ex vnius voto nihil est decidendum: & de Gregoriana temporis computatione vitiosa.
- 5 Conciliis interfuerunt olim è corpore Ecclesiæ viri pii, qui sacerdotes non erant.
- 6 Non quælibet Ecclesia, sed sponsa Christi erudita & sancta de rebus diuinis diiudicare potest.
- 7 Non est in potestate Episcopi Romani concilia generalia conuocare, multo minus eis præesse, piique Imperatoris & Magistratus est ecclesiæ politiam curare.

**H**æcenus columnas, quibus Papatus innititur, vitiosas esse probauimus, testimoniis omni exceptione maioribus, id quod super edificatum est, etiam sponte corruit. Quod scilicet Romano Episcopo, & suis data sit potestas de doctrina & disciplina Ecclesia decidere pro arbitrio. Aphorismus enim in Theologia certissimus est: Mandatis aut traditionibus hominum de doctrina & disciplina ad salutem necessaria definiendum non esse: item Apodixis Theologica posita est initio huius libri: Non ad vnius vel paucorum arbitrium, sed ad Ecclesiam iudicium de doctrina & disciplina ad salutem necessaria, pertinere. Labia quidem sacerdotis (ait Malachias capite 2.) custodient scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Sed quid Propheta de sui seculi sacerdotibus dicat, paulo post diligenter notandum: Irritum, inquit, fecistis pactum Leui, in cuius ore fuit lex veritatis; ambulauit mecum in pace & æquitate, & multos auertit ab iniquitate: vos autem recessistis de via, & offendere fecistis plurimos in lege. Propheta vero Ezech. capite trigesimo quarto, loquitur de pastoribus, quid quod infirmum est, non consolidant, & quod egrotum, non sanant. Tempore Iesu Christi corrupta erat in Ecclesia Israelitica doctrina & disciplina, Pharisæorum traditionibus, qui Euangelio caci & duces cacorum dicuntur.



Saducei negabant resurrectionem mortuorum; Esseni sectam ab instituto legis alienam instituerant. Quapropter ij qui doctrina interpretes & custodes disciplina habebantur, viramque turpiter corruerunt. Quid in Oriente acciderit, Chronica docent, in quo Ecclesia a multis seculis heresibus, ambitione & prauitate presulum labefactata est, tam in doctrina quam in disciplina, sacrosancto Nicani Concilii statuto, confirmata.

Nota

12 Ab eo vero tempore quo Papatus regnum in ecclesia Occidentali, & aliis Europa locis constitutum est, doctrina, & disciplina omnino pessundata est, & ita infirmata, ut a planta pedis vsque ad verticem non sit sanitas, sed vulnus, lior, & plaga tumens. Prauaricationes omnes recensere non institui, paucas nihilominus ad probationem eius quod supra proposui, referre necesse est. Ethnica Roma in Capitolio & aliis amplissima civitatis locis, idola coluit: at Roma quae sedes Apostolica dici vult, multo plura veneratur. Papa singulis annis imagines cereas consecrat, quibus affirmat peccata hominum non minus purgari quam sanguine Christi; easdem fulgura depellere, parturientibus opem ferre, homines ex incendio & naufragio liberare, illis aequè ac omnibus idolis Papatus, thuribus aromatatum incensis, suffitus adoletur. Aquam lustralem salubrem esse docent ad mentis & corporis bonam valetudinem tuendum, ad insidias Diaboli & nocturna spectra fugienda, ad mulieres è puerperio purificandas. Quid vero magis deplorandum, quam ἀρολατρεία; id est panis adoratio, quem circumgestant, & miseris hominibus superstitione, & falsa doctrina obcaecatis, adorandum exhibent? Equis, quae so, adeo amens erit, ut id quod dentibus teritur, Deum esse credat? Hinc Christianam religionem Iudais, Turcis, & Ethnicis deridendam propinarunt; quorum hi, Quoniam, inquit, Christiani manducant Deum quem adorant, sit anima nostra cum philosophis: illi vero in suis synagogis quotidie vociferantur, Destruere Deus exercituum gentem, Christianorum idololatriam & Creophagam. Quis pius haec legens, & serio perpendens abstinebit a lacrymis? Sacrum baptismum, sale, sputo, oleo, cereis, exorcismis in sulfis polluisse illis non est satis, sed Christianae ecclesiae lauacrum campanis communicant; eademque formula qua solent infantes baptizare, eas baptizant; compatres adhibent, campanae nomen imponunt, & veste noua induunt. In oratorio priuato & domestico paedobaptismū exercent contra Constantinopolitani Concilii 6. canone 59. mulieribusq; cōtra expressum Dei verbū potestatem baptizandi concedūt.

&amp; ne

& ne quid ad summam impietatem deesset; alterum Ecclesie Sacramentum  
 corporis & sanguinis Domini, in sacrificium, quod quotidie offerunt pro viuis  
 & mortuis, commutarunt; impietate, idololatria, inuocatione mortuorum  
 pollutum & contaminatum: idque in contumeliam oblationis quam Iesus  
 Christus semel obtulit pro peccatis mundi. Adhuc commentisunt sacramen-  
 ta alia adulterina, Scriptura sacra, & Ecclesie primitiue incognita; doctri-  
 namq; pœnitentiæ, & ieiunij publici & priuati, superstitione, & impia disci-  
 plina contaminarunt. Tempa prodigioso cultu externo, & idololatræ pol-  
 luerunt, & speluncas latronum effecerunt: sacrilegijs, rapinis, furtis, viuis &  
 mortuos spoliando, sepulchras vendendo, & questum de reliquijs Sanctorum  
 suppositiuus exercendo. Omnia peregrino idiomate in ipsis templis leguntur,  
 & sunt, quibus plebs, tanquam sacris Cereris addicta, misere eluditur. Se-  
 ctas vero innumerabiles induxerunt; eorum qui raso capite, & vt moriones  
 cucullis, vestibusq; varijs induti superant ranas Aegypti. Conuentus illorum  
 sunt, Francisci, Benedicti, Augustini, Bernardi, Antonij, Ioannis, Iacobi,  
 Pramonstratensium, Cisterciensium, Carthusianorum, Carmelitarum, & quot  
 sunt virorum, tot sunt fere Vestalium, & aliarum mulierum sectæ; quibus cum  
 matrimonio interdixerunt, fenestram latissimam ad omne genus incestus, So-  
 domia, adulterij & scortationis aperuerunt. De corruptelis infinitis quæ in hoc  
 Pontificio regno vigent, tum in præcipuis fidei Christianæ articulis, tum legi-  
 bus ad disciplinam Ecclesie pertinentibus, scripserunt per annos quinquagin-  
 ta continuos, magni nominis Theologi; ex quorum monumentis patet Roma-  
 num Hierarcham cum suis Christianam religionem, & disciplinam omnino  
 corrupisse. Illorum ergo arbitrio subicere decisionem de doctrina & disci-  
 plina, nihil aliud esset, quam lupanaria meretricibus, & adulteris reforman-  
 da committere.

3 Sed age, fingamus Episcopum aliquem, omniscientiarum diuinarum  
 & humanarum cognitione præditum, pietateq; insignem, necnon eius doctores  
 eiusdem donis & virtutibus ornatos, reformationem doctrine & disciplina  
 inuestigare, & religiose querere, eritne in illorum potestate Ecclesia non inter-  
 pellata pro arbitrio de doctrina, & disciplina decidere? Minimè. Nam si  
 quid contra Scripturæ sacre auctoritatem statuerint, infirmum erit, & inua-  
 lidum. Paulus egregius fuit Apostolus, & vas electionis, Spiritu sancto &  
 sapientia ornatus. At illo Berro a annunciante Euangelium Christi, nobiles  
 Thessalonicenses quotidie scrutabantur scripturas, num ita se res haberent,

quemadmodum Paulus annunciabat. *Actor. 17.* Non enim solis dictum est sacerdotibus, sed omnibus, Scrutamini scripturas prophetarum & Apostolorum scriptis comprehensas; quia in illis traditur forma & regula colendi Deum, & Ecclesiam administrandi, nihilq. addendum quod sit cōtrarium, nec detrahendum quod sit ad salutem necessarium, non per Angelum, nedum per hominem. Ex parte enim prophetamus, & ex parte cognoscimus, spiritusque prophetarum, prophetis subiiciuntur. Nam etsi perfecta est doctrina cognitio, quam ex sacris literis adipiscimur, modo tamen discendi, ex parte cognoscimus, & modo docendi ex parte prophetamus. Sed dices, Petro & Apostolis tradita sunt claves regni celorum, & deinceps pastoribus, qui in illorum locum successerunt? Supra ostendi Romanenses in cæno ignorantia, superstitionis, idololatriæ, neglectu ministerij, et disciplinae ataxia, in quibus versantur, nullaratione Apostolorum successores dici posse. Sed ut obiectioni satisfaciam, duplicem esse dico clauium administrationē: Vnam generalem; alteram specialem. Specialis est, qua fit per Ecclesie rectores: & quemadmodum claves domus, vel urbis sunt in manu æconomi & præfecti, ut aperiant & claudant: sic claves Ecclesie sunt in manu rectorū, ut claudant vel aperiant; & qualis est æconomi in domo, præfecti in urbe, talis est pastorum in Ecclesia dignitas & potestas. Sed altera est generalis administratio clauium, qua est penes Ecclesiam; quemadmodum ius & administratio clauium urbis est penes Senatū, vel domus, penes dominum, ita ut ab æconomis vel præfectis officium non præstantibus, aut eis abutentibus, iure possit repetere, & illas apud se recipere. Eodem iure & potestate Ecclesia, claves suis traditas rectoribus repetit, si abutantur. Vocem Pastoris nouit, & distinguit à voce alienorum. Ioan. 10. Probate spiritus an sint à Deo: gratiā Spiritus sancti accepit. In ultimis diebus, ait Dominus Ioel. 2. Effundā de spiritu meo, super seruos meos, et super ancillas meas, & prophetabūt. deniq. Ecclesia ex Dei verbo omnia probat, & diiudicat. Quotiescumq. igitur cōtrouersia vniuersalis mouetur de doctrina vel disciplina ad salutē necessaria, conuocanda est synodus, laudatissimo Apostolorum & patrum Ecclesie purioris exemplo, ut antea notauī. Falsum vero est, quod quidā existimant in Concilio Hierosolymitano, in quo de tollenda Circumcisione fuit disceptatum, ex Iacobi solius sententia questionem fuisse solutam, quod vsus fuerit verbo xp̄ico: nā Irenæus interpretatur, & subintelligit, τὸ χρ̄ῑ ἐν τῷ εὐαγγ. quæ id est, quod ad me attinet. Nimis enim imperiosum esset dicere sic censeo, sic iudico, sit pro ratione voluntas, etiam in rebus leuioribus. Victor Episcopus Romanus, circa

annum 190. omnibus Ecclesiis precepit sub excommunicationis pœna, ut die dominica sequenti, decimã quartam lunam primi mensis Pascha celebrarent, nec cum Iudeis consentire viderentur. Orientales Ecclesia, & præsertim Asiatica hominis arrogantiam irriserunt; & graviter monuerunt, ut se corio suo (quod dici solet) contineret. Irenæus, etsi alienus nõ esset à Victoris opinione, eum tamen ut Eusebius ait, lib. 5. c. 25. & Rufinus c. 24. vehementer reprehendit, quod inconsultis aliis hymnistis solus de hac politia cõstituisse. Quid dicturi fuissent illi patres præstantissimi, si hoc seculo vixissent, in quo Papa Romano licet quod lubet. Gregorius XIII. rationem subducendi tempora inconsultis principibus Christianis auctoritate sua mutavit; hincque secuta in orbe Christiano, tam in publicis, quam privatis actionibus ingentes tenebræ, quas vix posteri illustrabunt, nisi remedio occurratur opportuno; cum pars Europæ Gregoriano, altera pars antiquo utatur calculo. Reprehenditur iure optimo hic Papa, qui temporis subductionem ad Mathematicos & philosophos pertinentem, sibi arrogavit; & licet nonnullorum usus fuerit opera, & consilio, tamen reformationem temporis legitimam non sunt assecuti, ut doctorum hac de re scripta publice edita, docuerunt. Quod vero tanquam Cæsar alter, bulla edixerit, ut reformatio temporis à se & suis constituta ab omnibus reciperetur, superbum & arrogans fuit. Victor politiam in celebratione Paschatis, absque Ecclesiæ consensu arbitrio suo mutans, etiamsi probabiliter bene sentiret, nihilominus iuste reprehensus; quanto magis Gregorius reprehendendus, qui de re tanti momenti, ad Rempublicam & Ecclesiam Christianam totam pertinente, constituit, præsertim cum Gregoriana supputatio imperfecta sit & vitiosa. Suetonius in Iulio Cæsare capit. 40 inquit: Conuersus hinc ad ordinandum Reipubl. statum, fastos correxit, iamdiu vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut neque messium feria aestate, neque vindemiarum autumno competerent. Ex quibus intelligi potest, ordinationem anni rem esse politicam, & Magistratus supremi, non Pontificis esse de illa constituere, quemadmodum exempla Romuli & Numa Pompilij regum Romanorum docent, qui suo tempore, etsi varietatem cursuum Solis & Luna non probe tenerent, attamen regum esse intellexerunt, de tempore ad formandum Reipublicæ statum, ordinare. Exstat etiam Constitutio quadragesima septima in Nouellis, qua Imperator constituit, de ratione temporis in actis publicis obseruanda. Equidem quod historiographus supra dixit, à Pontificibus Romanis perturbatam olim fuisse temporis

rationem, verissime dici potest de Papis Romanis, quorum vitio Chronologia contaminata est. Testatur Ioannes Lucidius, lib. 1. De emendatione temporum, cap. 10. Romanam Ecclesiam olim annos notasse tantum à tempore praesidentis Papae, postea ab incarnatione Christi, interdum ab eiusdem passione, omisis illis annis, qui ab incarnatione Servatoris usq; ad eius passionem decurrunt: nihilq; certi constitutum est in supputatione annorum usq; ad annum 532. quo tempore à natiuitate Christi concorditer numeratum est. Ex qua varietate supradicta, irrepserunt infiniti errores & confusiones in acta publica & priuata, vt fidem faciunt illorum temporum scripta, in quibus Chronologia tam ecclesiastica, quam politica confusa & contraria deprehenditur. Quia vero Romanenses gloriantur Gregorianum calculum ad rationem anni Iuliani subductum esse; quae fuerit illa, & quid in ea omnibus seculis desideratum, compendiose dicam. Iulius Caesar Sosigenis Alexandrini Mathematici vsus est opera, vt tempus reformaret, qui contempta Chaldaeorum & Graecorum Astrologia, sequutus est Aegyptiorum sententiam, annumq; ad solis cursum ita accommodauit, vt trecentorum quinq; dierum esset, & intercalario mense sublato (ita vt duodecim annis continuis non intercalaretur) anno constituti sunt menses XII. At haec Iuliani anni constitutio ab Octauiano Augusto nonnibilemendationis & mutationis experta est. Nam mensi Quintili, nomen Iulij, & Sextili, nomen Augusti impositum est: detractusq; fuit dies vnus mensi Februario, & Augusto mensi additus; sicq; Romanus annus fuit emendatus ab Imperatore, deincepsq; obseruatus ad haec usq; tempora. Verumtamen multi praestantes viri omnibus seculis in Iuliani anni constitutione multa reprehenderunt. Primo, quod per illam sublata sint & euersa duo temporum genera à veteribus Hebraeis, Graecis, & Latinis magnopere celebrata: vnum menstruum, alterum annale; de quibus in Scripturis sacris frequens fit mentio. Deus enim, vt est Gen. cap. 1. voluit dies, menses, & annos, Solis & Lunae motu definiri. Iulianae vero Institutionis fasti, neq; Solares, neq; Lunares menses habuerunt. Non enim Solis ingressu, in ipsorum ratione definiuntur menses, vt ij dici possint Solares, neq; Lunae motu constituuntur menstrua ipsa spatia: in illis vero constituendis Lunaris cursus praecipua habenda ratio est; quia menses Lunae motu definiri voluit Deus: hincq; Ecclesia vetus Israelitica, Psal. 81. admonetur, vt in Neomenia, id est, Cal. mensis, tuba buccinet, & Dei laudes decantet. Secundo reprehensum est olim, & adhuc reprehenditur in anno Iuliano, quod eius exordium sit à bruma, id est, à tempo-

tempore (ut Varro ait de ling. Lat.) quo breuissimus est dies, & nox longissima: qua opinione motus Ouidius, cecinit,

Omnia cum florent, tunc est noua temporis ætas;

Sic annus per Ver incipiendus erat.

Physicis rationibus conuenientius fuisset anni principium à Vere, quã ab hieme repetere, quod omnia tunc florent, de gravidis palmitibus gemma tument, arbores frondibus operiantur, semina telluri commissa crescant, aerem volucres concentibus mulceant, & Solis amœnitate cuncta animantia delectentur, & foueantur. Sed Astrologi rem alius repetunt, & nostri annirationem ad Iuliani anni typum constitutam, perturbatam esse conueniunt. Cum enim Sol in primam partem signi Arietis ingrediatur hac nostra ætate, sicq; ad decimum Martij diem Vernale Aequinoctium statuatur: Solstitium vero æstiuum, solis ingressu cõficiatur in sidus Cancræ, sub undecimum Iunij diem. & Libra, quam sol adit sub 13. Septembris, nobis Aequinoctium autumnale definiat, sequitur necessario hybernium solstitium, quõ Sol Capricornum ingreditur, ad XI. diem pertinere Decembris, quod tamen ultimo eius dẽ die, vel Cal. Ianuarii in Calẽdario Iuliano cõstituitur. Hac, & multo plura quæ consulto prætereo, à sapientibus viris notata, indicant perturbatam annirationem, subductione Gregoriana minime emendatam fuisse. Postremo magni nominis Theologi Græci & Latini, veteres & recentiores repudiata anni Iuliani ratione, ex sacris Bibliis iustam anni ordinationẽ reuocant, scilicet ut obseruatæ Aequinoctiis, annus à proxima noua Luna Aequinoctij autumnalis, incipiat. Quod etiã Ecclesia Christiana videtur obseruasse ex Cyclorũ ratione, quam obseruarunt Computistæ: Cyclos enim suos Paschales incæperunt ab Aequinoctio autumnali, quos veteres in 24. Septemb. diem contulerant ordine, dierum ibi notato. Græcam vero Ecclesiam ab eodem tempore, anni sumpsisse principium, constat ex Indictionibus, quibus anni apud Græcos definiuntur: quæq; ab autumnali Aequinoctio sumunt exordium. Accedit his validissimã ratio, quod Christianus principium anni debeat esse Aequinoctium autumnale, quod eo tempore Christus natus sit, quemadmodum ex Danielis & Luca testimonio probat Beroaldus lib. 4. Chron. In his omnibus quidquam affirmare, aut statuere non est meum. Placet enim Plinij lib. 18. cap. 25. testimonium, quo affirmat dierum, anni solisq; motus, Aequinoctiorum & Solstitiorum prope inexplicabilem esse rationem. Eo magis demiror Gregorium XIII. & suos, qui rem omnium difficillimam, & à uocatione sua alienam, & in quam impegerunt, ut communis fert

*Mathematicorum sententia, tam audacter aggredi non erubuerint. Mihi certe videtur saluo meliori iudicio, temporis ordinandi rationem constitui non posse, nisi in conuentu ab Imperatore & Principibus Christianis indicto, in quo audiantur Theologorum, Iurisperitorum, Mathematicorum, Astrologorum, et Physicorum peritissimorum sententia, ex quibus certi aliquid definiiri possit, & postea auctoritate Imperiali & regia constitui. Praestat vero antiquam subducendi rationem obseruare, quam nouam & vitiosam, per Papae Romani superbiam inductam recipere. In rebus enim nouis in Republica statuendis & recipiendis, euidentis debet esse utilitas eius quod statuitur, & rec pitur. At praeterquam quod ex Gregoriano calculo nullum emolumentum, sed potius detrimentum in publicis actus & priuatus gignitur: intoleranda est Hierarcha Romani & asecularum audacia, quae id quod Imperatorum & Regum est, ad se & suos pertraxerunt.*

5 *Sed ut ad id, unde digressi sumus, nostra redeat oratio, tantum abest ut quaestio de Circumcisione ex vnius, siue Petri, siue Iacobi sententia diiudicata fuerit, quin post multam altercationem de re tota fuit communi calculo conclusum, & delecti inter fratres Barsabas & Sila viri primarij, qui cum Paulo & Barnaba Antiochiam missi sunt cum literis, nomine Ecclesiae scriptis, & partes Ecclesiae enumerantur Apostoli, seniores & fratres, quae nisi vere in Concilio affuissent, falsa esset enumeratio. Huius Concilij Apostolorum vestigia secuti sunt patres. In Concilio Elibertino, quod circa Nicena Synodi tempora in Hispania celebratum est cum Episcopis, sederunt triginta sex presbyteri, diaconi multi, & maior pars plebis. In Concilio Niceno praesens fuit Constantinus Magnus, & in literis quas scripsit ad Ecclesias, ut secum in illud conciliu aggregarentur, haec verba leguntur: Nam & ego, tanquam vnus ex vobis sum. In Concilio Chalcedonensi sub Imperatore Martino interfuerunt cum Episcopis, nobiles, praefecti ciuitatum, & ex plebe plerique viri primarij: ipse Imperator adfuit, & cum Senatu de Dioscori Alexandrini Episcopi causa cognouit, & iudicauit. Concilio œcumenico, Constantinopolitano sexto, Constantinus Imperator praesuit, consiliarij & iudices praesentes fuerunt cum Episcopis. Sub Carolo Magno coactum fuit Concilium Moguntinense, quod fuit in tres classes distinctum: Vna Episcoporum, secunda Abbatum, & Monachorum, tertia Comitum, iudicum Imperij, & aliorum Ecclesiae membrorum. In Gallia, hoc nostro seculo sub Carolo nono, in Concilio Papiensi Rex ipse, & proceres regni, Cancellarius, nobiles infiniti, cum Episcopis, & ex altera parte mini-*

stri Ecclesiarum reformatarum, nec non docti viri & p̄i multi interfuerunt. Quid dicturi sunt ad hac Romanenses, qui nullum locum tribuunt laicis in Concilio, quo barbaro nomine eos omnes complectuntur, quos non consecraverunt? Non ita visum fuit olim Episcopis Ponti & Bithynia, qui teste Theodoro libr. 1. capit. 10. admonuerunt Valentinianum Imperatorem, ut ad Concilium veniret, ut abusus, qui inter Ecclesiasticos irrepserant, cum Episcopis emendaret. In Conciliis enim generalibus, in quibus de lege communi disceptatur, quæ non modo ad Ecclesiasticos, sed omnes Christianos pertinet, æquum est, ut p̄i omnes recipiantur & audiantur. Quod enim ad omnes attinet, ab omnibus debet libere tractari, & unanimiter concludi.

6 Enimvero, inquit, metuendum est, ne si laici conciliis interfuerint, factio & confusio oriatur. At longe aliter sentit Tertullianus: Cum convenimus, inquit, non est factio dicenda, sed curia: hoc sumus univrsi quod singuli. Neque etiam de qualibet Ecclesia hic questio est, sed de Ecclesia sancta, sponsa Christi: nec de quibuslibet hominibus agitur, sed de piis & eruditis, qui modeste & piè de rebus Ecclesiasticis audire & conferre possunt: neque metuenda est ab Aristocratico conuentu factio, aut confusio, sed potius ab oligarchico, & ab iis qui regnum in conciliis aucupantur. Gregorius Magnus Concilio Constantinopolitano non interfuit, & Naziansum se recepit, testaturque suis scriptis, se nunquam vidisse exitum felicem Conciliorum, in quibus soli Episcopi convenissent: idque verissimum esse comprobant Constantiense, & Tridentinum Concilium: in hoc Papa auctoritas supra Concilij auctoritatem statuitur: in illo Ioannes Husius, & Hieronymus Pragensis contra fidem datam comburuntur; sanciturque hereticis fidem non esse servandam. Ex quo prodigioso decreto orta sunt bella prodigiosa, quæ totam Europam deuastarunt.

7 Rapuit etiam ad se Romanus Episcopus auctoritatem conuocandorum Conciliorum. Marcellus & Pelagius in c. Synodum, & c. multis, 17. distinctione, non tantum Episcopi Romani esse dicunt Synodos conuocare, sed etiam eis præesse & imperare. Marcellum PP. Canonista, in dicto Canone, Maxentio I. in hunc modum scripisse affirmant: Synodum Episcoporum absq; huius sanctæ sedis auctoritate (quamquam quosdam Episcopos positis congregare) non potestis regulariter facere, & cat. Pelagiū vero PP. sic in dicto Canone scriberem, proferunt. Multis denuo Apostolicis & Canonicis, atq; Ecclesiasticis in-



struimur regulis, non debere absq. sententia Romani Pontificis Concilia celebrari? Hincq. concludunt, Non esse Concilium, sed conuenticulum quod sine sedis Apostolicae Romanae auctoritate, etiã iussu Imperatoris celebratur. Quo, quæso, iure hæc probantur, aut qua ratione fulciuntur? Non ad Regem inquit, nec ad plebem, sed ad primarium sacerdotem cura religionis pertinet. At de rege ita precipitur Deut. 17. Cum autem sederit super solium regni sui, scribet sibi Deuteronomium in libro à conspectu sacerdotum & Leuitarum, eritq. apud illum, & leget in eo omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Iehouam Deum suum, ut custodiat omnia verba legis huius, & statuta hæc ut faciat illa: sic David populum hortatur, ut benedicat Domino Deo, & templum eius instaureret: sic Iosaphatus circumcisionem intermissam reduxit: sic Azarias & Iosias Pascha suis temporib. pene antiquatum, ille restituit, hic magnifice celebravit: sic Ezechias serpentem ancum fregit. Esto, respondent Romanenses, Princeps Christianus Religionem curet; inconsulto nihilominus, aut nolente primario sacerdote nihil pertetare, nec Concilia sua auctoritate conuocare potest. Quæro, quis prima Concilia indixit, quis eis præfuit? Episcopus ne Romanus? Antea dixi Concilium Nicenũ à Constantino Magno congregatum fuisse, & ei præfuisse Eustachium Episcopum Antiochiæ; Syluester etiam Episcopus Romanus ad illud suos misit legatos, qui nec præfuerunt, nec primo loco sederunt. Theodosius Magnus, Concilium œcumenicum Constantinopoli præcepit, in eo præsul Constantinopolitanus præfuit: Ephesinum Concilium generale à Theodosio minore fuit indictum, cui Cyrillus Episcopus Alexandrinus præfuit: Concilium Chalcedonense edito Imperatorum Valeriani & Martiani conuocatum fuit. Quintum œcumenicum Concilium auctoritate Iustiniani primi Constantinopoli fuit conuocatum. Sextum Constantinopolitanum à Constantino tertio celebratum fuit, qui epistolam misit ad Agathonem Episcopum Romanum, qua iubet ut ad Concilium veniat, vel nuncios mittat. Notandum verò hæc concilia Episcoporum ab Imperatoribus conuocata, cum inter se de rebus Ecclesiasticis differuissent, rogasse imperatores ut ratũ haberent qua decreuissent, tantum abest ut pro arbitrio leges vel in doctrina, vel in disciplina constituere possent. Capitula conciliorum Imperatoribus exhibebantur, qui prudenti consilio, postea auctoritate sua ea confirmabant. Tunc imperator, et imperialis Senatus, necnon alij Christiani laici nõ dicebantur: An non, quæso, sumi Ecclesiæ membra: an non omnib. seculis extiterunt Christiani, doctrina & pietate illustres, qui nec Episcopi, nec titulo tenus, sed re ipsa doctores

Theo-

*Theologia fuerunt? Nam etsi Episcopi gradum & titulum Theologorum adepti sint, quis tamen de sua salute adeo securus erit, ut in solidum eis fidem adhibeat? nemo prudens committet se pelago, sub naucleri imperiti administratione, nec de eo ex habitu sed experientia iudicium faciet: quod si temerarium aut nautica artis ignarum, deprehenderit, statim sibi consulat, ne naufragium faciat. Quis sapiens, pharmacum sumet ab eo qui medicus pileo quadrato, non arte aestimatur? Quis reus patrono, quantumuis celebri, ita confidit, ut cause sua defensionem negligat? Quod si in rebus ad hanc vitam caducam pertinentibus, nihil quod sit sapientia, prudentia, vel diligentia, omittimus, erimus ne supini in diuinis, in quibus de animæ salute agitur? Religionem ne, qua nos immortales efficit, ita despiciemus, ut eius administrationem omnino committamus illis, qui pre exte religionis querunt qua sua sunt, non ea qua salutem hominum promouent? Necessè igitur est, non tantum Imperatorem & Reges, sed omnium ordinum Christianos, de salute cõmuni curam suscipere, hoc praesertim nostro seculo, quo doctrina & disciplina sacra a Pontifice Romano & suis conculcata, & Respublica Christiana bellis, & seditionibus perturbata est. Denique Imperator & alii proceres Concilium œcumenicum cum conuocauerint, sua id autoritate, non nutu Episcopi Romani faciēt, cui etiam more maiorum edicere possunt ut se Concilio sistat, cum aliis cõepiscopis sedeat, & quod decretum fuerit, sequatur.*

## CAP. XVI.

- 1 Vnus est Episcopatus, & vna Episcoporum dignitas, nec vnus altero inferior, ratione Episcopatus.
- 2 Ordinatio Episcopi & eius destitutio non fuit penes vnum, sed penes synodum prouincie, iuxta Conciliorum decreta.
- 3 Historiæ docent, Episcoporum nominationem & abrogationem penes Imperatorem & Regem interdum fuisse.
- 4 De Priscilliano, & eius hæresi, damnata ab Episcopis, & de Imperatore, qui Priscillianum capite affecit, propter habitos fœminarum conuentus turpissimos.

**H** *Quidem mirabitur posteritas tantam fuisse in Episcopo Romano arrogantiã, ut in sua situm esse dixerit potestate, inferiores Episcopos instituere & destituere, quasi vnus non sit in Ecclesia Christi Episcopatus, & vna omnium Episcoporum dignitas, qui probe munere suo fungun-*

tur. Vbi cumque, ait Hieronymus in epistola ad Euagrium, fuerit Episcopus, siue Romæ, siue Eugubii, siue Constantinopoli, siue Regii, eiusdem meriti est & eiusdem sacerdotii. Notum est illud Augustini ad Hieronymum, epistola 19. Quamquam, ait, secundum honorum vocabula, quæ iam Ecclesiæ usus obtinuit, Episcopatus maior presbyterio sit; tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est. Nomen enim Episcopi non cum maiorem facit, sed integritas doctrinæ & vitæ. Dignitas igitur ministerii non est alliganda sedibus sublimioribus, nec minor est dignitas Episcopi pauperis quam diuitis: & ut ciuitas una maior non est orbe vniuerso, ita Romanus Episcopus in finis per orbem terrarum Episcopis maior nec superior censeri debet. Cathedra certe Episcopii celebrem non reddit, sed Episcopus cathedram celebrat. D. August. Hipponensis Episcopus, Hipponensem ciuitatem obscuram & ignobilem, illustrem & nobilem doctrina sua effecit. Ambrosius Mediolanensem Ecclesiam suo tempore clariorè Romanæ reddidit, propter singularè pietatem & eruditionem: Aquileiensem enim Concilio præfuit, nullaque habita est ratio Damasi Episcopi Romæ. Quid Basilii & Athanasii? Ecclesias certe quibus præfuerunt, clarissimas reddiderunt, quas Dioscorus & alii præfules heretici, obscuriores posteris reliquerunt: denique non Episcopi nobilitas generis, vel amplitudo ciuitatis, in qua docet, sed pietas & doctrina, & Episcopalis functionis fidelis exercitatio spectanda est. Etiam si vero patres politica causa gradus Episcoporum distinxerint, unicuique tamen metropolitano definita fuit dignitas & potestas, & quilibet Episcopus suam curabat diocesim: præerat quidem inter multos aliqui, ordinis, non dominationis potestate, & Aristocratia inter Ecclesiæ pastores laudabilis vigebat, donec per eorum, de quibus dixi, tyrannidem omnia sunt in Ecclesia Dei perturbata.

2 Quod vero attinet ad institutionem Episcoporum, ea in vniuerso posita non fuit potestate, sed penes synodum eius provincie, in qua ordinandus erat Episcopus. Sic. n. Laodic. conc. c. 12. legitur: Vt episcopi iudicio metropolitanorum, & eorum qui circumcirca sunt, prouehantur ad Ecclesiasticam potestatem. In destitutione vero Episcopi, si non omnes synodi Episcopi in sententia conuenerant, licuit damnato prouocare ad concilium ex multis provinciis congregatum. Verba Concilii Antiocheni primi, hac de re c. 14. sunt huiusmodi: Si quis Episcopus de certis criminibus indicetur, & cõtingat de eo comprouinciales episcopos disidere, cum indicatus ab aliis innocens creditur, reus ab aliis aestimatur. pro totius huius ambiguitatis absolutione, sancta synodo placuit, ut Metropolitana

nus Episcopus à vicina provincia iudices alios conuocet, qui controuersiam tollant, & per eos simul, & per comprouinciales episcopos, quod iustum uisum fuerit, approbetur. Itaq; secundū Conciliorum canones falsum est, quod obtendit Pontifex Romanus, in sua situm esse potestate Episcopos instituere, & destituere: ordinatio. n. uel abrogatio à Synodo prouinciali fiebat, eo quo dictū est modo.

3. Quod si historiarum testimonia perpendamus, Episcoporum institutio uel destitutio olim facta est a supremo domino locorū, in quibus sedes erat Episcopalis. Narrat Socrates lib. 2. c. 5. Constantium filium Constantini improbasse nominationem Pauli & Macedonii, quod dissidentibus populi suffragiis electi fuissent. sed in ipsorum locum instituisse Eusebiū Nicomediensem. Adhac Sozomenus lib. 2. c. 24. commemorat Bonifacium & Eulaliū Episcopos Romae paritate suffragiorū electos fuisse: id cum percepisset Honorius Imper. uiriusq; nominationem irritam fecit. postea Bonifacium eius nominis I. constituit episcopum. Publico etiam edicto declarauit, quod si duo in posterū pari suffragio eligerentur, quod neuter futurus esset Episcopus. In Hispania conciliū Toletanū 1. c. 10. decreuit, Clericos, si quidem obligati sint, uel pro aequatione, uel de genere alicuius domus non ordinandos esse, nisi probata uita fuerint, & patroni consensus accesserit: item in Concilio Toletano 12. c. 3. & 6. Decretum est, ut quos regia admittit potestas aut participes mensa sua effecerit, hos sacerdotum & populorū conuētus suscipere teneatur. & Episcopus Toletanus, eos solū ordinare potest, quos regalis potestas prius elegit, uniuscuiusq; prouinciae priuilegio saluo. Clodoueus initio regni sui Aureliae conuentum omnium Galliae episcoporū celebrauit, ut de doctrina & disciplina sacra deliberarent. Illi reb. prudenter subductis, petierunt a Rege, quemadmodū olim fieri solebat ab Imper. ut ratas haberet sua autoritate leges ecclesiasticas, de quib. synodus decreuerat: inter quas extat haec, Ne quis officio clericifungatur absq; regis aut praefectorum autoritate. Childeberius Clodouei filius, iterum Aureliae conciliū coegit, in quo cap. 3. disertè habetur, quod electio Episcopi fieri debeat a populo & clero, cum approbatione Metropolitanī & autoritate regis. Notabile certe decretum, quo Apostolica disciplina, politia patrum, & autoritas principis, simul coniunguntur, & multis nominibus praefendum Toletano, quo regiae potestati attribuitur, ut quos mensa sua participes facit, eos sacerdotes a communionē non reiciant, nec mirum Papam & Hispanum ecclesiae libertatem in hoc capite opprimere, cum in ceteris fere idem dato symbolo exaequantur. Sed persequamur historias regni Galliae, ex quibus patet, ad quos pertineat Episcoporū electio, & eorū abrogatio. In Concilio Valentiae habito, regnante Lothario Imper. decretū

fuit, quod si rex nominet aliquem, & ecclesia obtrudat, qui aptus non sit ad munus Pastoris obeundum, clerus & populus legatos mittent ad Regem, & ipsum admonebunt de offensione & damno ecclesia, humiliterque orabunt, ut magis aptum nominet, vel ecclesiam cum sua venia, noua electionis rationes inituram. Cum vero de abrogando Episcopo quaestio fuit, synodus conuocata est, & rex suam interponebat auctoritatem. Extat concilium Parisiense auctoritate regia coactum, in quo Saphoracus Parisiensis Episcopus abdicatus, damnatusque propter scelera, & in monasterium detrusus fuit, & in eius locum electus est alius Episcopus ecclesiae gratus, & auctoritate regia confirmatus. Item Carolus Caluus Pistense concilium celebravit, cui Archiepiscopus Rhemensis, & plerique alii episcopi interfuerunt. Rotaldus, episcopus ibi conuictus, damnatus & abdicatus est. Nicolaus I. episcopus Romanus Rotaldum dignum postea pronunciauit, qui in integrum restitueretur, sed synodus nulla Papae habita ratione, in sua sententia perseuerauit, & Rotaldum, quod ad Episcopum Romanum prouocasset, proscripsit, proscriptionisque tabulae regis auctoritate sunt confirmatae.

4 Hanc vetustissimam esse in abrogatione Episcoporum consuetudinem, quae ex politica Niceni Concilii & patrum ducta est, vetus testatur historia. Nam circa annum 380. Gnosticorum haeresis a Prisciliano introducta fuit in Hispania, is per magicarum artium arcana religionis fidem, morumque rationem in potestate Daemonum & effectu hyderum collocabat: hacque detestanda haeresi Episcopum Instantium & plebem in Gallia infecit. Qua de re admonitus Maximus Imperator, Burdegala concilium coegit, ad quem deducti haeresiarcae, & ab Episcopis examinati, ad Maximum Imperatorem prouocauerunt. Is causam omnem Euodio praefecto praetorii commisit, qui Priscillianum postquam audiuit, in carcerem coniecit, & postea capite affecit, Imperatoris decreto, quod turpissimos conuentus, in quibus saeminae conspiciebantur nude, Demonem inuocantes, habuisset. Instantius vero a synodo Episcoporum abrogatus est. Quamobrem ex superioribus testimonius notorium est, nullam esse Episcopi Romani potestatem, seu potius tyrannidem, quam sibi arrogat in institutione & destitutione Episcoporum.

## CAP. XVII.

- 1 Refutatio c. aliorum 9. q. 3. quo soli Petro dictum esse affirmatur, Quod ligaueris super terram, &c.
- 2 Potestas excommunicationis etiam legitimæ in excommunicatorum vitam, bona, honores nullum habet imperium, nec potest subditos liberare a iuramento obsequii & fidelitatis.
- 3 Ut canonica sit excommunicatio quatuor genera causarum concurrere debent.
- 4 Ad hunc Lydium lapidem subducendæ excommunicationes, & sic nullæ ab Episcopis Romanis contra Reges & Imperatores latæ, canonice reperientur. Quod historiis probatur.
- 5 Papæ excommunicando proceres res suas meliores effecerunt.
- 6 Prædatoria decreta Lucii 3. & Alexandri 4. de Relapsis, excogitata ad Excommunicatorum bona deprædanda.
- 7 Refutantur Canonistæ qui Excommunicationem iniustissimam, dicunt esse pertimescendam.

**S**perest, ut de fulmine illo agamus, quo Christianos omnes, etiam reges excommunicare, excommunicatos absolueri, abdicare honoribus & bonis, subditos a iuramento fidelitatis & obsequii liberare, presbyter Romanus sibi datum esse contendit. Hanc vero immensam, & prodigiosam potestatem ut euincat, sic argumentatur: Christus dedit Petro claves regni celorum, & potestatem aperiendi & claudendi, nec non ligandi & soluendi, id est, excommunicandi vel absoluendi. At Episcopus Romanus, est Petri successor, ergo data est ei potestas excommunicandi & absoluendi; non homines solum omnes, sed etiam Imperatores, Reges, & proceres: quia Petro eiusque successoribus tradita auctoritas, omnes terrenorum principum superat potestates, eosdem ordinationi Dei resistentes, de solio deicit, & ad infima terra deturbatos prostermit; bonis & honoribus omnibus spoliatur, & subditos a iuramento prestito absoluit. Hac est clausula sesquipedalis, qua Hierarcha Romanus, totum concutit orbem Christianum, & syllogismo precedenti annectit, ut fucum faciat hominibus. Quod ad syllogismi maiorem attinet, Symmachus Papa in c. aliorum, 9. q. 3. soli Petro dictum esse affirmat, Quod ligaueris super terram, &c. Sed refellitur a Christo, qui Math. 18. omnes discipulos suos sic adloquitur: Amen dico vobis (ait Christus) quaecumque ligaueritis in terra, erunt ligata in celo, & quaecumque solueritis in terra, erunt soluta in terra; idemque repetitur Ioannis 20. cap. Quomodo autem interpretanda sint verba Christi

ad Petrum, Matth. 16. Cyprianus diligenter & pie exposuit in tractatu De simplicitate praelatorum: Loquitur, inquit, Dominus ad Petrum, Tibi dabo claves regni calorum, & qua ligaueris super terram, erunt ligata in calo; & quaecumque solueris super terram, erunt soluta & in calo: & quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat, Si cui remiseritis peccata, remittentur illi; si cui tenueritis, tenebuntur: tamen ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientem sua autoritate disposuit. Augustinus vero tractatu 50. ad cap. 12. Ioannis, hac de re distincte in sequentem modum differuit: Si verba illa, Quod ligaueris super terram, erit ligatum in calis, pronunciata fuissent tantum pro solo Petro, id non faceret ecclesia: sed si in ecclesia fit, quodcumque ligatum est in terra, ligatum est in calo. Nam cum ecclesia excommunicat in terra, excommunicatus ligatus est in calo, quando etiam reconciliat, reconciliatus similiter solutus est. Quare nomen Petri denotabat corpus ecclesiae, & in persona Petri intelligendi sunt pii omnes, ut in persona Iuda omnes impii notantur. Huic Augustini sententia consentit etiam Theophylacti interpretatio. Quamuis, ait, Petro dictum sit soli, Dabo tibi, &c. omnibus tamen Apostolis concessa sunt claves, cum dixit Dominus, Quorum remiseritis peccata, numero plurali scilicet, non singulari. Quapropter ex Christi verbis, Cypriani, Augustini, & Theophylacti, autoritatibus, constat a pontificiis detorqueri in sinistram sententiam, quod simpliciter in singulari Petro, & plurali numero omnibus dictum est Apostolis. Ceterum clauum nomine, docendi & disciplinam exercendi munus ecclesiasticum imprimis significari, extra controuersiam est. Has claves Christus rex, & propheta Ecclesiae a patre primum accepit, ut est Esaiæ 22. Et dabo clauem domus David, super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiet. Postea Christus has claves, Ecclesiae in persona Apostolorum tradidit, qua vel specialiter per ordinarios rectores exercentur, vel vniuersaliter per ipsam Ecclesiam, qua eius supremum clauium apud se retinet, ut ante dixi. Itaque claves regni calorum in Scriptura sacra doctrinam fidei, & disciplinae exercitationem, seu usum per metaphoram designant. Ecclesia enim, cum nec carcerem, nec gladium habeat, quo sceleratos in ordinem redigat: & fides vel pietas, verbo Dei persuaderi, eodemque falsa doctrina & impietas corripitur & castigari debeat, potestate Ecclesiastica, & functione verbi Dei diuina, calum credentibus & resipiscentibus aperitur,

aperitur, infidelibus & impœnitentibus clauditur. Et ut distinctius loquar, tota hæc clauium potestas Ecclesiæ & eius rectoribus tradita a Christo, duabus præsertim partibus constat. Vna est ordinis, altera est censura diuina. Potestas ordinis, nihil aliud est quam mandatum docendi verbum Dei, & sacramenta administrandi, quo nullum augustius vel præclarius. Sincere igitur & diligenter Euangelium Christi docere, & sacramenta ab eo instituta administrare incorrupte, id primum est clauis regni calorum pie exercere. Altera pars potestatis ecclesiastica in censuris consistit, & mandatum dicitur ligandi & soluendi, hoc est a communione sacramentorum arcendi eos, quorum scelera, impietas, & impœnitentia Ecclesiam Christi offendunt: nec non in communionem ecclesiæ recipiendi omnes eos, qui pœnitentiam agunt. Clauibus igitur nullum dominium, nulla iurisdictio politica rectoribus ecclesiæ tradita est, quas illi soli vere exercent, qui Spiritum sanctum acceperunt, Ioan. 20. cap. Tantum vero abest ut Hierarcha Romanus sanctas clauis Petro & Apostolis, eorumque veris successoribus traditas, acceperit; quin potius adulterinas usurpat, quibus doctrinam & disciplinam sacram corruptit, ut ex iis que dicta sunt, sæpe probatum est. Atque hæc de Maiore syllogismi dicta sufficiant. Quod ad Minorem attinet, ante demonstratum est, Papam Romanum Hierarcham nullo iure Petri vel Apostolorum successorem esse, vel dici posse. Ex falsis igitur præsuppositis, falsa syllogismi conclusio est, qui hac sola ratione paralogismus dici debet, quod plus sit in eius conclusione, quam in propositione vel assumptione positum.

2 Potestas enim excommunicationis ecclesiastica, in excommunicatorum bona, vitam hanc caducam, honores, aut subditos, nullum obtinet imperium. Ad huius vim recte percipiendam, notandum est duplicem esse in Ecclesiâ fidelium communionem. Prima dicitur interna, qua per fidem & charitatem copulat nos Deo & proximo, nexu firmissimo. Omnes enim fideles cum membra sint eiusdem corporis, Christo Iesu coniunguntur, ut est I. ad Corinth. cap. 12. Et ad Ephe. cap. 4. Altera communio externa, posita est in communi societate & Ecclesiæ communionem, audiendo verbum Dei, eundem orando, participando sacramentis, & vota conferendo, colloquendo, cum fidelibus. Ab hac cõ-<sup>munione</sup> externa abdicantur excommunicati ad tempus, donec resipiscant, non ab honoribus, successione, aut possessionibus: sed illis horrendum Dei iudicium annunciatur ut resipiscant. Inter dicuntur ergo cõmunione externa, at interna



frequentibus admonitionibus inculcatur, ut ad Deum per veram pœnitentiam conuertantur, qua si præditi sunt, ecclesia ad communionis externa participationem & usum eos cum gaudio recipit. Id verissimum esse, comprobant Origenes Hom. 21. in Iosnam, & 12. caput Ezechielis, & Terullianus in Apologetico, necnon Cyprianus passim in epist. Exponunt enim formam qua ecclesia tunc utebatur in ligando & soluendo. Censura fieri solebat in fidelium congregatione, quæ antea ab iis qui præsidebant legitimo ordine a Christo & Apostolis instituta, conclusa fuerat, omnes crimina propter quæ aliquis excommunicabatur, detestabantur. supplices cum lacrimis & ieiuniis misericordiam Dei implorabant, mæsti admodum, quod in corpore ecclesiæ reperiuntur fuisse membrum putridum, quod nisi cauterio sanari non potuisset: sed si excommunicatus peracta pœnitentia peccatum agnoscebat & confitebatur, congregati fideles Deo gratias agebant, ac si frater excommunicatus ex carcere mortis æternæ eductus, in gaudium vitæ æternæ restitutus fuisset, Ecclesiæq; rursum adiungebatur, & Deo reconciliabatur: seuerioris pœnæ in corpus, vel bonæ excommunicati, nullus fuit usus. Nec obest, quod opponitur ex 1. ad Cor. c. 5. de Corinthio incestuoso Satana tradito, qui doloribus animi & corporis fuerit affectus: item ex historia Paulini, qui scripsit amanuensem Stiliconis, contra quem Ambrosius sententiã excommunicationis pronunciauerat, a Satana fuisse correptum, & dilaceratum. Hac enim exempla, testimonia sunt extraordinaria iræ Dei in corpora excommunicatorum, quæ raro contigerunt. Vix quidem fieri potest, ut anima hominis legitime excommunicati, peccati vinculis in celo terraque constricta, bene habeat, & ex sympathia quæ anima retinet cum corpore, corpus interdum grauius doloribus, imo morte ipsa torquetur & dissoluitur. Sed hæc Deo sunt committenda, & fraternæ charitas iubet pro iis orare qui à Domino corripuntur; nec pium est eos qui inciderunt in manus Dei viuentis, exagitare. At dices? historia Ecclesiastica testatur Constantinum Magnum, & alios multos Imper. Christianos, hæreticos ab ecclesia excommunicatos, bonis priuasse, non desunt etiam exempla eorum qui capitali supplicio sunt affecti. Respondeo, aliud esse de officio & potestate Magistratus differere, aliud de officio & potestate Pastoris. Donatistarum bonæ edicto Imperatoris fisco iuste addicta sunt, quod Cecilianum iniquis criminibus onerassent, & ecclesiã perturbassent. Priscillianus capitali supplicio fuit affectus, non quod excommunicatus fuisset ab Episcopis Galliæ propter hæresim, sed quod turpia, quæ legibus ciuilibus puniuntur, perpetrasset. Dioscorus Alexandrinus, re ditibus ecclesiasticis iussu Imper. spoliatus fuit, iure optimo. Nam abdica-

*abdicatum Episcopatu, æquum non fuit bonis frui Ecclesiasticis, qui officium, propter quod bona Episcopo concessa sunt, prestare non posset. Itaq; potest sæpe contingere, ut hereticus vel sceleratus à communione Ecclesie remotus, talibus implicetur criminibus, ut supremus Magistratus ex præscripto legum civilium in eum agere teneatur. Inauditum vero, & prorsus insolens fuisse, primis Ecclesia seculis pastorem seuire in corpora, vel bona eorum, qui censura diuina afficiebantur, aut eos potestati seculari plectendos tradere. Rigidi quidem fuerunt in disciplina exercenda, quod Ecclesia Magistratus præsidio tunc destitueretur, cuius auctoritate iudicia capitalia exercerentur in sceleratos, quos anathemate deuouebant: Deus vero interdum grauib; pœnis ulciscetur, ut discerent omnes horrendum esse in manus Dei uiuentis incurrere: deinde necesse fuit disciplinam exercere seueram, ut illa tanquam custode, sacra fidei doctrina & pietas illibata conseruaretur; multam uero bonorum, uel pœnam capitalem nemini unquam excommunicato imposuerunt. Irenæus lib. 1. cap. 9. & Eusebius lib. 5. cap. 28. necnon Concilium Ancyranum, commemorant morem antiquum qui in recipiendis in gratiam excommunicatis, obseruabatur. Primo eis licebat sacris interesse concionibus, & precibus ecclesiasticis; deinde ad Sacramentorum communionem recipiebantur, & ad integram restitutionem & absolutionem manus eis imponebantur; nec licebat cuiquam rem ante eam opponere uel exprobrare, tatum abest, ut bonis multarentur. Deniq; recedat à Christiana Ecclesia impia illa potestas, quæ subditos absoluit iuramento, quo sunt Imperatoribus, Regibus & dominis suis obnoxii. Impiam dixi pontificiam potestatem, quod iuri diuino & humano ex diametro repugnet: Verbo enim Dei obligamur Regibus nostris, siue piis, siue impiis fidelitatem prestare, & obsequium: hi à Deo præficiuntur in ira sua, ut populi peccata castigent; illi uero in testimonium gratiæ & pacis dantur, ut discamus in rebus prosperis cum gratiarum actione, & in aduersis cum pœnitentia colere Deum, qui pro arbitrio eligit & constituit Imperatores & Reges, ut nobis imperent. Petrus non admonet Ecclesiam, ut Neroni coniurato Christi hosti fidem, aut obsequium nõ præstet, sed contra ut ei obediat, & pro eo oret. Seuerus Imperator non seuerus modo, sed crudelissimus fuit contra Christianos. At audiamus Tertullianum ad Scapulam, præsidem Carthagini, de fide & obedientia Christianorum erga illum imperatorem, sic scribentem: Circa maiestatem (inquit) imperatoris infamamur, tamen nunquam Albiniani, nec Nigriani uel Casiani inueniri potuerunt Christiani. Hi omnes Ethnici erant,*

& contra Imperatorem coniurauerant. Clodius enim Albinus, vt Spartianus scribit, in Gallia contra Seuerum rebellauit: Pescennius Niger à Syriacis legionibus Imperator salutat, à Seuero defecit: Cassiani vero vocabantur rebelles à Cassio, qui in Iulium Caesarem, vel ab Auidio Cassio, qui L. Vero Imperatori insidias instruxit. At cum illis Christiani nunquam contra Imperatorem coniurauerant. Christianus enim nullius est hostis, nedum Imperatoris, quem scit à Deo constitutum, vt & ipsum diligit & reueretur, & honoret. Colimus ergo & Imperatorem sic, vt hominem à Deo secundum, & quidquid est à Deo consecutum, & solo Deo minorem. Excipiunt Romapenses, hæc que dixi, de Imperatoribus intelligenda esse, qui nunquam excommunicati fuerunt ab Ecclesia. Excommunicantur enim illi soli qui fuerunt in communione. Cur ergo Papa solemni excommunicatione in festo Paschatis Turcam, et omnes infideles Sarracenos & Iudeos, excommunicat? cur locustas, bruchos, & conuoluolos, qui nunquam in communione Ecclesie fuerunt, uel esse poterunt, Anathemate deuouet? & cum Ethnici non nascantur Christiani, sed fieri possint, cur antequam facti sunt eos à Christiana arce Ecclesia? Profecto, si uera est regula, Excommunicari non posse eos, qui non fuerunt in communione; uana est Pontificis Romani excommunicatio contra Turcam, insulsa & inepta. Etenim hæc censura diuina infidelibus non competit, cum hi sint extra Ecclesiam. Quid, inquit Apostolus, mihi de iis qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt uos iudicatis? A communione ergo Ecclesie expelli non possunt illi, qui ad eam admissi non fuerunt. Quomodo enim non dissoluitur matrimonium inter eos, qui contrahendi potestatem non habuerunt, nec accusari potest matrimonium quod non est, c. ad dissoluedum, de despons. impub. item nec homicida is censetur, qui abortum procurat antequam anima sit corpori infusa; cum animatum dici non possit, quod formatum non sit, & per consequens non extinctum, c. quod non, 32. q. 2. sic aiunt Canonistæ, excommunicari non possunt illi qui nunquam in Ecclesia fuerunt in communione. Quid uero de Imperatoribus Christianis ab Ecclesia iuste excommunicatis sentiendum sit, docet Augustinus epistola 50. ad Bonifacium; Imperatores (inquit) si in errore essent, & pro errore suo contra ueritatē leges darent, per quas iusti probarentur, & coronarentur, non est faciendum quod illi impie iubent. Non suadet sanctus doctor euicendos esse, aut imperio abdicandos; nec docet subditos Christianos iuramento fidelitatis saluos esse, sed potius illos adhortatur, ut non faciant ea quæ Imperator impie iubet, afflictionesq; & martyrium

tyrium potius subeant: Iulianus Apostata hereticus & indignus communione, ab Ecclesia fuit iudicatus; nihilominus Diuus Ambrosius non improbat Christianorum militiam Imperatoris suo obsequentium, tantum vetat ne quid gerant contra honorem Dei. Hæc Ambrosii sententia relata est in c. Iulianus, II. quæst. 3. in hunc modum: Iulianus Imperator, quamuis esset Apostata, habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cum dicebat, Producite aciem pro defensione Reipublicæ, obediebant ei: cum autem diceret eis, Producite arma contra Christianos, tunc agnoscebant Imperatorem cali.

3 Quia vero Romanenses fulmen Pontificium, per fas & nefas fulcire conantur, Canonicam excommunicationem ex quatuor causarum generibus definiendam esse dico, & si quid contra habent, ab illis expecto. Primum, ex causa materiali, nempe peccato. Peccatum enim materia est excommunicationis, quod publicum est, vel sua natura, vel alio quouis modo; quodq; adeo graue est, ut illo Dei gloria, Ecclesiæ communio, & ipsa peccatoris salus periclitetur. Secundo, legitima est excommunicatio, ex causa formali: ea est à Christo Matth. 18. præscripta; quæ necessario obseruanda est, ut pie & diligenter priuatim admoneatur is, qui peccat; postea coram testibus, si priuatas admonitiones neglexerit; quod si contumax fuerit, tunc Ecclesiæ est indicandum; quæ modis omnibus eniti debet, ut peccatorem ad resipiscentiam reuocet, antequam extremo excommunicationis agat remedio. Hæc admonitiones, & publicæ, & priuatae fieri debent à rectoribus Ecclesiæ, cuius peccator membrum est. Tertio, canonica est excommunicatio, ex gloria Dei studio & charitate erga proximum, ne grex Domini malorum consortio inficiatur (modicum enim fermenti totam massam corrumpit) & ne nomen Dei sanctum, quod inuocatur in Ecclesia, propter impiorum sceleratam vitam blasphemetur inter gentes. Postremo causa finalis excommunicationis, est salus peccatoris, eiusdemq; post conuersionem restitutio in Ecclesiæ communionem.

4 Ad harum quatuor causarum Lydium lapidem, quæ omnes in canonica excommunicatione concurrunt, si subducantur Pontificum Romanorum excommunicationes, ne vna quidem ab illis contra Imperatores & Reges lata à seculis multis, canonica reperitur. Id verum esse probant historia. Constantinus Papa teste Abbate Urspergensis, Imperatorem Philippum excommunicauit, quod adorari imagines pie prohibuisset: interdixitq; ne pro Imperatore preces in Ecclesia fierent, ne ve eius imago plumbo vel auro insculperetur, quod

is imagine indignus haberetur, qui imagines venerandas non esse statuisset. Gregorius III. prohibuit ne tributa, vel vectigalia persolverentur Leoni III. Imperatori Constantinopolitano; eumque, solemniter anathemate affecit, quod iuxta legis diuinae mandatum è templo Dei statuas sustulisset, & similitudines, quibus ad cultum diuinum populus abutebatur; & ut posteris inuisum redderet Imperatoris nomen, Iconomachum appellauit: Theomachus potius papa dicendus, qui nulla habita verbi Dei ratione, Imperatorem iniuste damnauit. Gregorius VII. Henricum IV. Imperatorem proscripsit, & is (ut Platina ait) anathemate non est absolutus, donec Canossam usque, media hieme venit nudus pedibus, deposito omni ornamento regali; nec in urbem introductus est, in qua Papa cum sua Mathilde hilariter agebat, sed in suburbio triduo commoratus, veniam petens assidue, tandem absoluitur. Quae fuit, quaeque, causa tam durae excommunicationis? quod peccatum graue commiserat imperator? Mar. Scotus & Benno notarunt, nempe denegationem nominationis & inuestiturae Episcopatum imperij, quam sapissime Papa ab imperatore frustra efflagitauerat. Pius II. Duhericum Isepurgicum Moguntinae sedis Antistitem, excommunicauit & Archiepiscopatu abdicauit, quod stipulari recusaret, se, pro cuius iure quod Moguntinensis ex antiquo instituto habet, nunquam Principes electores conuocaturum, nisi prius interpellato & consentiente Pontifice Romano. Adrianus IV. Imperatorem Fridericum, vulgo dictum Aenobarbum, increpuit, quod cum ex equo descenderet, fulcrum pedaneum à latere insueto tenuisset imperator: quod factum fuisse singulari principis magnanimitate verisimile est; quamuis excusabat se tenendarum streparum scientia à puero non esse probe eruditum, & Adrianus excommunicandi praetextum nullum haberet: attamen mansit alta mente repostum iudicium pontificis. Alexander enim tertius Adriani successor, fulminatus est in Fridericum, & totam Rempublicam Christianam in eum commouit. Proceres Imperij boni publici gratia, persuaserunt Imperatori ut supplex veniam à Pontifice peteret. Is morem gerens, Papam accessit, et prostratus ad eius pedes, veniam deprecatus est. Tunc Alexander pedem alterum eius collo imposuit, & calcando iussit suos, qui frequentes aderant, canere, Psalm. 91. versum; Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Si quis plura de hac Pontificis Romani tyrannide legere studeat, repetere poterit à Nauclero Generat. 39. & 40. necnon à Barno De vitis Pontificum, & à Funcchio in Chronico. Clemens V. Venetorum Rempublicam excommunicauit, quod Ferrariam sub sua

clien-

clientela tenerent, quae se à superbo Ducis Frisci Estensis dominatu vindicauerat. Quomodo absoluti fuerunt? Narrant Annales Holland. & Mare histor. Franciscum Dandalum, Venetorum Ducem, nomine Reipublicae Romae uenisse, & millam in collo gestantem, & per Papa caenaculum pedibus quatuor, more brutorum progredientem, veniam deprecatum fuisse, & obtinuisse; non dissimili multa ab ea, qua Sapore Persarum Rex, Valerianum, & Tamerlanes Baiazetem affecerunt.

5 Equidem si cui bono fuerint Pontificis Romani excommunicationes tyrannica, attendere uelimus, ex illis Hierarchiam Romanam, bonis in finitibus, prouinciarum integrarum possessionibus & redditibus ornatam & locupletatam fuisse, ex historiis deprehendemus. Innocentius III. Ioannem, vulgo sine terra dictum, Regem Angliae, excommunicauit, quod recusasset quendam Episcopum agnoscere, quem Papa motu proprio Hyorkensi Episcopatu praefecisset: hac occasione regno pulsus, restitui nunquam potuit, quin prius regnum Angliae beato Petro, & eius successoribus subiecisset. Platina ait Angliam & Hyberniam Romano Episcopo, tunc factam esse uectigalem: plura recensentur de hoc facto à Flau. Blondo libro sexto, Decad. 2. & ab Anton. Florent. histor. part. 3. titul. 19. §. quinto, & à Platina in uita Innocentij III. Imperatoris Constantinopolitani, iam ab anno Domini 430. Italia & Sicilia exciderunt, propter Episcopi Romani excommunicationes. Honorius III. Papa lucratus est ius inuestiturae Episcoporum Germania & Italia, lata in Henricum V. Imperatorem excommunicatione. Adrianus IV. adeptus est ius feudi dominantis in Sicilia per excommunicationem in Guilielmum Danum, quem iure illo spoliavit: Luytprandus Italiae Rex, Pontificis fulminationibus coactus est donationem Alpium confirmare, quam Ariparthus antecessor, Pontifici Ioanni VII. cum regni damno & dedecore fecerat. Innocentius IV. more antecessorum suorum, Fridericum II. excommunicauit, & utramque Siciliam excommunicationis uirtute occupauit: denique pauci reperiuntur Imperatores, & Reges ab Episcopis Romanis excommunicati, à quibus praedam aliquam non obtinuerint.

6 Ut autem iure aliquo id fecisse uideantur, praedatorias leges committunt; quas tribuunt Lucio III. & Alexandro IV. Episcopis Romanis, quae leguntur c. Ad abolendam, Decret. lib. 5. tit. 7. & c. super eo, de haereticis, in sexto. Ex quibus statuunt, uniuersos qui de Sacramento corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, uel de baptismo, seu de peccatorum confessione,

matrimonio, vel reliquis, aliter sentiunt & docent, quam Ecclesia Romana predicat & obseruat. perpetuo Anathemate esse innodandos: relapsos vero in heresim curiæ seculari esse tradendos, licet eos pœniteat, & denegandam illis esse omnem audientiam. Quæ omnia perinde sonant, ac si dicerent, eos qui in eundem errorem, vel heresim bis labantur, ex Ecclesia esse eradicatos, misericordia & reconciliatione indignos, iudicatos impœnitentes & incapaces reunionis. Quid, quæso, est Scripturam sacram impugnare, si hoc non est? Vt ego, dicit Dominus Deus, Ezech. 33. Nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius à via sua & viuat: in quacumq; die conuersus fuerit, ab impietate sua impietas non nocebit ei. Si confiteamur, ait Ioannes, peccata nostra; Christus fidelis & iustus est, ut remittat nobis, & emundet nos ab omni iniquitate, 1. Ioan. 1. In Ecclesia primitiua inauditum fuit, Relapsi nomen, vel crimen irremissibile. Clauis enim à Christo tradita non solum ad claudendum, sed etiam ad aperendum sunt idoneæ: & non ad ligandum tantum, sed etiam ad soluendum datae. Neg, verum est, quod in medium adducunt; Irremissibile esse peccatum in quod sciens, & volens aliquis impedit. Etenim si in lege Moisaica sacrificia fuerunt expiatoria pro voluntariis transgressionibus, Leuit. 4. quanto magis vnicum Christi sacrificium valebit, ad expianda Christianorum peccata etiam voluntaria? Patriarchæ non ignorarunt fratrem prode-  
re, Dei voluntati repugnare; adulterium & homicidium committere, contra legem diuinam esse Dauid imprimis sciuit. Manasses, sanguinis effusionem & inhumanitatem Deo displicere probe nouit. Corinthiis incompertum non fuit, scortari & impurè viuere, Christi præceptis non consonare: illi nihilominus omnes, conscij & volentes peccarunt, & Dei misericordiam implorantes, eam obtinuerunt. Quid Petrus? an non bis, imo ter Christum abnegauit, & pœnitens, facti gratiam consecutus est à Deo? Iustus enim, ait Sapiens, septies peccat in die, & toties ei condonat Dominus. Equidem si decreta Lucij & Alexandri, Cypriani seculo in medium prolata fuissent, ex Nouatiani lacunis deprompta esse, nemo est, qui non iudicasset. Is post lapsum, omnem spem veniæ imperande peccatoribus adimebat, & ad desperationem adigebat. Ecclesia dogma Nouatiani hæreticum, & verbo Dei repugnans damnauit, & Nouatianum hæreticum esse pronunciauit. Quid existimamus Cyprianum, qui pæssem heresim illam detestatur, dicturum esse, si viueret, & decreta illa perlegeret, quibus non solum heresim Nouatiana ex inferis excitatur, sed illà Pontifices abutuntur, ad bona, vitam & honores Christianorum  
depra-

depradandum? *Historias huius facinoris recensere omnes, nihil aliud esset, quam pelagus immensum ingredi. Quid hoc nostro seculo factum sit, recens adhuc est, & vulnus, & testimonium. Gebhardus Archiepiscopus Coloniensis, à Gregorio XIII. proscripius est. Quamobrem? vita pertusus pristina, uxorem duxit, & idolum est detestatus: excommunicationis executor Hispanus, Archiepiscopum vi armorum è ditione Coloniensi eiecit, facultatibus spoliavit, & vita absque dubio priuaret, morteque afficeretur crudelissima si incideret in manus hostium. Quid Papa Sixtus V. fulminatus sit in Regem Nauarræ, testatur incendium quo vniuersum Gallia regnum per annos sex continuos flagrat; quodque, nisi cum eius interitu, extinguere nullus belli extinctor, nisi solus Deus, unquam poterit. Quamobrem constet ex superioribus, Pontificis Romanorum excommunicationes canonicas non esse, quod propter lenia, & sapius nulla peccata proscribant, quod proprium commodum aut vindictam, non Dei gloriam aut peccatoris salutem querant; quod subditos contra Magistratum ad defectionem prouocent; quod Rempublicam Christianam & Ecclesiam bellis ciuilibus perdant; quod contra disciplinam Ecclesie primitiuae, & Nicani Concilij, aliarumque synodorum politiam eos, qui non sunt in sua diocesi, proscribant. Denique quod formam excommunicationis legitimam in Scriptura sacra comprehensam, nunquam seruent, sed sceleratè transgrediantur.*

7 *At, inquit, Canonista, c. quibus Episcopi, xi. q. 3. perimescenda est excommunicatio, etiamsi sit iniustissima, & Ecclesia eam semper solet executioni mandare, quod à summo Pontifice sit lata. Quod ad canonem superiorum atinet, irregularem esse tribus doceri potest rationibus & testimoniis. Si enim iudicium excommunicationis iniquum est, eo minor cura de eo habenda est; quia sententia iniqua efficere non potest, ut qui iniuste damnatus est, idem sit criminofus coram Deo. Aliud enim est caeleste tribunal, aliud terrestre; ab hoc si pius proscribitur, ab illo absoluitur. Hic murus aeneus esto, ait ille, Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. Et Christus beatos illos esse pronunciat, quos homines iniuste conuiciis afficiunt, aut propter iustitiam persequuntur, Matth. 5. Quid Episcopo prodest (ait Augustinus, clerum Hipponensem, epistola 137. interpellans) aliquem eiicere ex albo Ecclesie, si conscientia eum ex albo uiuentium non eiiciat? vel, Quid obest homini, quod ex illa tabula non vult eum recitari humana*



ignorantia. si de libro viuentium non eum delet iniqua conscientia? c. Quid obest, II. quæst. 3. Ex quibus certum est iniustam excommunicationis sententiam viro bono nocere non posse. Nam qui communionem internam coram Deo non se sentit priuatum, priuationem communionis externam ledi non potest; alioquin sequeretur hoc absurdum, externa media plus conferre, vel ad salutem, vel ad mortem, quam media interna; & ministerium Pastoris magis efficax esse, quam Spiritum sanctum, qui in cordibus hominum operatur. Quod nemo est, opinor, in sacris literis versatus, qui nesciat esse falsissimum. Israelitæ in captiuitate Babylonica sacrificiorum communionem caruerunt; & sæpè accidit pijs per tyrannidè impiorum, vt priuarentur vsu externo verbi Dei & Sacramentorum; neq; tamen communionem internam spoliati: imo cum impij eis maledicebant, Dominus contra benedicebat. Deinde si iudicium excommunicationis temerarium sit, contraq; formam legitimam latum, nullum est, & irritum. Christus, vt ante dixi, precepit vt is qui peccauit, fraternè primum admonetur; postea si priuatus neglexerit admonitiones, coram testibus; & si pertinax sit, Ecclesiæ tunc illum admoneat, omniaque experietur remedia, antequam ad excommunicationem procedatur: si secus fiat, nota est regula quæ dicit; Non debet is pœnam sustinere canonicam, in cuius condemnatione non est canonica prolata sententia. Ergo ex iis intelligi potest temerarium iudicium ei nihil nocere, de quo temere iudicatur. Ei autem qui temere iudicat, ipsa temeritas necesse est omnino vt noceat. At Hierarcha Romanus candelis Romæ accensis, & tintinnabulis agitatis, monet absentes, qui ductis absunt milliaribus, quig; ad eius curam non pertinent, idq; contra Dei verbum, & patrum disciplinam, in Concilijs generalibus & prouincialibus sæpe repetitam. Placuit, ait Concilium Carthaginense 3. cap. 20. vt à nullo Episcopo vsurpentur plebes alienæ, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in diocesi suam collegam; si secus fecisset, ex decreto Concilij Turonensis 1. officio & munere suo abdicabitur, & actum inualidum erit, & nullum. Idem testantur Beda lib. 4. cap. 5. necnon Bracarensis lib. De Concilijs Græcis. Hæc à patribus iustis rationibus constituta fuerunt: multum enim refert, vt forma canonica scripturæ in admonitionibus obseruetur, quæ si pie & sincere exercentur, excommunicationis maioris vsus aut nullus erit, aut rarissimus in Ecclesia Dei. Postremo falsissimum est Ecclesiam, semper excommunicationes iniustas vsu confirmasse, quod à Papa latæ fuerint. Guilielmus Occam, natione Anglus scriptis suis acutissimis infirmavit Ioannis XXII. Papa iniustam excommunicationem

tione aduersus Ludouicum Imper. qui etiam armis innocentiam suam à Papa iniuriis vindicauit. Marsilius Patavinus eodem Imperatori nuncupauit librum, cui titulum fecit, DEFENSOR PACIS; in quo solidis rationibus demonstrat Papam inferiorem esse Imperatore, & excommunicationes eius abusuas, non esse pertimescendas. Reges Gallia qui successionis iure in Gallia regnum obtinuerunt, passi non sunt excommunicationes a Papa pronunciatas, contra membra ecclesie Gallicanae executioni mandari, & contra ipsius superbiam scriptis & armis sepe egerunt. Extant epistola Hincmari, Archiepiscopi Rhemensis ad Adrianum 2. quibus grauius illum admonet, ne contra Carolum Caluum Regem sententiam excommunicationis, quam interminatus antea erat, promulget; alioquin futurum, ut omnes Episcopi Gallia, ad quos hac iurisdictio pertineat, eius temeritatem sint palam refutaturi. Carolus 5. edicauit librum, cui titulus hic impositus, SOMNIUM PASTORIS, in dialogi formam scriptum, in quo Ecclesiasticus & miles differunt de ciuili & spiritali potestate, irridenturque uana Episcopi Romani excommunicationes. Regnante Carolo 6. curia Parisiensis multa ignominia affecit eos, qui Bullam Benedicti 13. contra Regem in Galliam attulerant. Gerson cancellarius Parisiensis tunc contra Papam scripsit, eiusque tyrannidem refutauit. hoc nostro seculo Papa Pius V. Ioannem Albretanam Henrici IIII. Regis matrem, excommunicare uoluit, quod religionem puriorem profiteretur. Id Carolus IX. religioni puriori alioquin infensus, prohibuit, & Curia Parisiensis, more maiorum, iudicauit Papae non licere Principem sanguinis, imo ne minimum quidem ecclesie Gallicanae membrum excommunicare: denique a Clodoueo primo Francorum Rege Christiano usque in hunc diem, cum agendum fuit de censura diuina aduersus membrum Gallicanae Ecclesie, Episcopi prouinciae sub auspiciis regis in unum conuenerunt, & sententiam tulerunt, nulla habita Episcopi Romani ratione.

## CAP. XIIX.

- 1 De motibus qui subsecuti sunt in Gallia post excommunicationem Sixti 5. contra regem Nauarrae; & de morte Guisiorum fratrum omnino tragica.
- 2 De prodicione confederatorum in Henricum 3. Galliae regem, quem monachi manu trucidari curarunt.
- 3 Decretum curiae Turonensis, aduersus bullas Gregorii 14.
- 4 De horribili morte Gregorii 14. & exitu infelicissimo tyrannorum, qui in Ecclesiam Christianam saeuerunt.

Abot
**D**ictum est capite procedenti Sixtum V. bullam excommunicationis  
 contraregem Nauarranum pronunciaſſe, in quam anno 1586. edidi  
 breuem Cenſuram, quam huic libro adiungi curavi, tum quod inter  
 aliorum ſcripta iaceret, tum quod multa complectatur ad id, de quo agitur, ido-  
 nea, qua ex illa lector repetere poterit. Hanc Sixti V. excommunicationem  
 ſubſecuti ſunt motus in Gallia tragici, & blaſphemia in Deum, apoſtaſia, ſa-  
 crilegia, incendia, proditiones, fames & peſtes, in vrbe præſertim Pariſienſi in-  
 credibiles, urbium expugnationes, rapina, furti, latrocinia, ſupra, adulteria,  
 inceſtus, defectiones portentose, præſtantiffimorumque virorum cædes uniuersum  
 regnum contaminarunt. Etenim confæderati, duce Henrico Guiſio, à Pa-  
 pa & Hispano excitati, arma ſumpſerunt, vt Nauarranum, purioriſque reli-  
 gionis ſtudioſos Gallos, hæreticos a PP. proſcriptos, ad unum vſque extermina-  
 rent. Henricus III. Galliarum rex, pontificia ſuperſtitioni addictiſſimus, confæde-  
 ratorum conatus autoritate & potentia ſua promouit, quod religionis zelo in  
 Nauarranum, eos pugnare exiſtimaret: ſed tandem olſecit quo ſpectaret hæc  
 Papæ, Hispani, & confæderatorum coniuratio. Nam cum Rex à pueris eſſet,  
 & poſtremus Valeſiorum; Lotharingi regnum ad ſe pertrahere, aut Hispano  
 tradere ſatius eſſe ſtatuerunt, quam Nauarrano, iure ſucceſſionis legitimo hæ-  
 redi committere. Cæpit ergo Rex, detectus confæderatorum dolis, contra  
 Nauarranum remiſſus bellum gerere, quod confæderati, & præcipue Henri-  
 cus Guiſius moleſte admodum tulerunt, qui per duellionis reatu in Gallia aduer-  
 ſus regem inſueto, primariam regni ciuitatem, Lutetiam in Henricum III.  
 commouit, & ex arce regia Pariſienſi extorrem fecit, neque tempus ſumenda-  
 rum ocrearum ei conceſſit. Rex interceſſione Catharina Reginae matris, diſſi-  
 mulato odio, cum Guiſio tranſegit, & iurare coactus eſt, ſe omnes regni vires in  
 Nauarrani & ſociorum internecionem collaturum. In hunc finem Bleſius  
 Comitiam regni indicta ſunt, mense Octobri, anno 1588. hac lege, Ne quis-  
 quam procerum armatus aut milite ſtipatus accederet. Rex prætoriana co-  
 horte vteretur, vt autoritate regia, atque manu armata, ſi opus eſſet, cuncta  
 tueretur: Guiſius primus ad Comitiam venit, Lutetia firmo relicto præſidio, &  
 fratre duce Menio Lugdunum aſſegato, vt totam prouinciam Lugdunen-  
 ſem ſibi obſtringeret: idem de omnibus fere regni ciuitatibus primariis, per ea-  
 rum præfectos confæderatos, ſibi pollicebatur. Rex Henricus cum in comi-  
 tiis non ſententias more maiorum dici, ſed præiudicia afferri animaduertiſſet,  
 & certo indice deprehendiſſet Guiſium ſtatuiſſe, niſi morem gereret in omni-  
 bus,

bas, captiuum Lutetiam illum deducere, vt in monasterium detrusum, regna & vita abdicaret, prae cauendum sibi esse periculum, & hostem, quem propter nimiam potentiam in ius trahere non poterat, insidiis tollendum esse decreuit. Mense ergo Decembri sub festum Nataliciorum Domini, quo extremus comitiorum caelus instabat, summo mane conuocat ad se colloqui & arcani comitendi prae textu Guisum ducem, qui paucis comitatus domesticis, ad Regem in vertice arcis regiae degentem ascendit; cumque vix limen ostii praetergressus esset, multis confoditur vulneribus, & paulo post Cardinalis Lotharingus, Guisii frater, Regis iussu eodem loco trucidatur: cadauer utriusque in camino combustum, cineresque in aerem proiecta, conuolarunt. Ex hac tragica Guisiorum fratrum cade, orti sunt in Gallia motus tragici. Catharina Regis mater, quae tunc morbo affecta erat, nuncio ministri sui Guisii fidelissimi auditio, praemore statim obit: Parisienses, & confederati ad arma ubique conclamarunt. Rex motibus istis perterritus, Nauarranum & socios in opem accersit, nobilesque Romana Ecclesia studiosos, quos Guisiana confederationi nomen non dedisse probe tenebat, ad se conuocauit, causasque exposuit propter quas de Guisianis sumpisset supplicium, adhortatur & obtestatur omnes, vt iuramentum fidelitatis, quo sibi adstricti erant, illibatum seruaerent; fide regia stipulationem concipit, qua Nauarrano & suis de Religione, & tutela cauet: idem Catholicis Romanensibus stipulatur, & in genere promittit, se rebellibus domitis, ordines regni conuocaturum, vt edicto perpetuo pax religioni, & Reipublica concilietur. Nobiles utriusque religionis, re deliberata, iuramentum fidelitatis Regi seruandum esse statuerunt, & praeteritorum bellorum offensionibus in perpetuum damnatis, caput rebellionis Lutetiam, valido exercitu & obsidione cinxerunt. Menius cum praecipua Confederatorum manu, Hispanorum manus quotidie opperiebat: sed cum lente procederent, & plebs Parisiensis tumultuaretur, Regemque in urbem introducendum esse nonnulli clamarent, eum qui fratres dolo sustulisset, dolo aggrediendum esse, existimauerunt.

2 Detinebatur tunc in carcere Parisiis, Harleius, praefes Curiae Parisiensis primarius, Regi Henrico addictissimus, cuius nomine & syngrapha efficta conscribitur epistola, quae Clementi, monacho Iacobitae iraditur, ad Regem deferenda. Is nonnullorum persuasionibus in caput Regis deuouerit, & ad pontem diui Clodouei profectus est, per Regis castra iter faciens, ad quem se literas ab Harleio praefide habere dicebat. Facile admissus est, quod monachus

esset imberbis, natus annos viginti tres, & illis probe notus qui Regi aderant: cui Epistolam cum offerret, cultellum quem arte in manica occultauerat, in vetriculum vulnere lethali adegit, quo subsequenti die periit, postquam regem Nauarranum legitimum regni heredem & successorem declarasset, & nobiles omnes admonisset vt ei obedirent. Miser Clemens vix, percusso Rege, animam in corpore momento temporis continuit, quod horrendis vulneribus & lanienis statim a Regis custodibus est dilaceratum, & concisum. Hac circiter Cal. Augusti 1589. acciderunt. Confederati accepto nuncio de cade Henrici III. memoriam eius damnarunt, anathemate superstitem adhuc deuouerant, & pro eo preces priuatas vel publicas fieri prohibuerat, idq. cōtra Canonistarū doctrinam, qua affirmant quemlibet Christianum posse pro excommunicato maiori excommunicatione orare. Et ita Thomas communi omnium consensu receptus asseuerat in 4. Sentent. distinct. 18. quæst. 2. art. 1. ad 10. quæst. Verum illi pietatis & humanitatis officia omnia contaminantes Regis sui Catholici Romani insignia expunxerunt, omnique contumelia, & ignominia genere mortuum affecerūt, & cadauer eius in sepulchro maiorum, quamdiu oppidum Sandenissum in illorum fuit potestate, recondi prohibuerunt. Qua conscientia confederati Regem suum trucidari curauerint, clientis manu, prorsus non video. Licuit, inquit, cui libet etiam vassallo tyrannum occidere, dolo vel aperto Marte, non obstante iuramento, & non expectato cuiuscumque iudicis iudicio. An Henricus III. tyrannus fuerit, aliis disceptandum relinquo, & iusta Dei iudicia adoro, sed manu clientis nec iuste nec insidiosè occidi potuit, superiorque doctrina confederatorum ad fraudes, periuria, & prodiones fenestram aperiens, omnino reiicienda est multis rationibus, quas prolixè narrare superfluum esset. Illas à Concilio Constantiensi repetant pontificii, in quo diserte damnatur huiusmodi doctrina, & eius patroni heretici declarantur, omni suppliciorum genere afficiendi. Sed quid? Papa imperat Conciliis, quo iubente Confederati Henricum III. trucidarunt, & in Henricum IIII. Gallia & Nauarra Regem tanta animi pertinacia rebellarunt, & bellum adhuc gerunt, vt Saguntinum excidium potius expetant, quam Regis legitimi imperium. Ceterum his tragicis motibus in Gallia regno excitatis, Sixtus V. moritur 17. Augusti, 1590. Cui successit Urbanus VII. quarto die Septembris, & 17. eiusdem mensis periit, vndecim dierum Papa. In eius locum creatus est mense Decembri Cardinalis Sfondrata, Gregorius XIII. dictus, qui literis monitorialibus Principes, Duces, Marchiones, Archiepiscopos, Episcopos,

Epis  
Urbanus  
Gregorius  
17. mensis

scopos, aliosque ecclesiasticos regni Francorum, Regis Henrici IIII. partes sequentes, vehementer adhortatus est, ut à proposito desisterent; precepitque eis sub pœna interdicti & excommunicationis ut Regem desererent, & confederatis se adiungerent, quibus etiam copias auxiliares Italarum & Hispanorum subductu consanguinei sui misit, per solutis ex Petri thesauro quatuor mensium stipendiis. Contra huius Papæ literas monitoriales & bullam seditiosam, promulgatum fuit Curia Turonensis decretum, quod ad rei memoriam, ex Gallico idiomate in Latinum sermonem conuersum, subiunxit.


## D E C R E T U M

3 C V R I Æ P A R L A M E N T I T V -  
R O N E N S I S :

## A D V E R S V S B V L L A S M O N I T O R I A L E S

G R E G O R I I , Q V I S E P A P A M D I C I T

eius nominis XIII.

 VRIA decreuit literarum complicaturæ inscribi: *Lectæ, publicatæ, & in tabulas relatæ, audito, & hoc postulante Procuratore generali Regis.* Et ratione habita reliquarum ab ipso illatarum conclusionum, declarauit & declarat Bullas monitoriales, datas Romæ, primo die Martii 1590. nullas, abusuas, seditiosas, damnandas, impietatum & imposturarum plenas; sanctis decretis, iuribus, immunitatibus & libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ contrarias. Decreuit exempla obfignata Marcellini Landriani sigillo, a Sestiliano Lampineto subfignata, per supremum iustitiæ executorem, lacerari, & vri, igne ad eam rem pro foribus Palatii accenso. Inhibuit & vetuit, sub crimine & pœna Læsæ Maiestatis, ne quis præsul, parochus, vicarius, aut alius Ecclesiasticus ea publicet: neve quis, cuiuscumque status, qualitatis, cõditionis sit, iis pareat, eave habeat aut retineat. Declarauit & declarat G R E G O R I V M , qui se Papam dicit XIII. eius nominis, hostem pacis & concordia ecclesiæ Cath. Ap. Romanæ, Regis Regnique: adhærentem Hispanicæ coniurationi: rebellium fautorem: reum crudelissimi omnium & inhumanissimi & maxime

detestandi patricidii commissi in persona HENRICI III. Regis, beatissime memorie, Christianissimi, & in primis Catholici. Inhibuit & vetuit, inhibet & vetat sub pœna simili, Ne quis trapezita ex mensa sua Romam auream aut argenteam pecuniam ad bullas, prouisiones, dispensationes aut alias expeditiones quascumque impetrandas rescribat. Si quæ impetratæ sint, iudices verat earum habere rationem. Decreuit vt Marcellinus Landrianus, qui se præfati Gregorii nuntium dicit, bullarum gerulus, apprehendatur, & captiuus in carceres palatii adducatur: vestitica causa eius agatur & peragatur. Si vero capi & apprehendi non potest, trinundino citetur, in loco tuti accessus, Sueffonum vrbi proximo. Iubet omnes vrbiũ Præfectos, Capitaneos arcium & locorum munitorum, quæ in Regis fide sunt suprædicto decreto subsidium & auxilium ferre.

Et vt Regis sancta, iustaque intentio subditis eius omnibus innotescat, decreuit tam literarum patentium quam præsentis decreti exempla, ad originale collata, poni & affigi in quadriuis huius vrbis, & præcipuorum templorum valuis: Mitti ad Præfecturas finium huius summæ ditionis istic legenda, publicanda, & in tabulas referenda, atque affigenda vt supra: Mitti item ad Archiepiscopos & Episcopos, vt per eos Ecclesiasticis diceceseos eorum nota fiant. Iuri autem dicendo præpositos (Balliuos & Seneschalcos) eorumque Locumtenentes generales & particulares iubet ad publicationem procedere: & substitutos Procuratoris generalis manũ præbere executioni, & de contrauentionibus inquirere; curiamque de diligentia adhibita certiorrem reddere vt minimum sub pœna priuationis officiorum.

Vrbe Turonicâ in Parlamento V. Aug. 1591.

*Executioni mandatum eodem die a meridie.*

*Infra scriptum.*

Collatum ad originale per me Consiliarium, Notarium, & Secretarium Regis, ad Acta, à curiâ constitutum.

Signatum FARDIEV, addito signo  
manuali, supra commemoratum.

*Supra commemoratum decretum Parlamenti Turonensis, sequutum est alterum omnino simile, Catalauni datum 29. die Augusti, 1591. in Curia ibi constituta.*

4 Testantur vero viri fide digni Gregorium XIII. lecto decreto senatus Turonensis, cachinnatum fuisse, & dixisse Pontificem Romanum a nemine, nedum a rabulis forensibus iudicari posse, diraque in Regem & eius curiam pronunciaſſe. Paulo poſt cepit ſtranguria veherementer affici, & incidit in phthiriaſim, carne univerſi corporis pediculorum ſorde corrupta, qui caput, collum & alas miſeri Pontificis inuaſerunt: decem ex illis occiſis, naſcebantur centum: tunica omnes, therma, lecti, dapus qua offeriebantur, ſubito illa colluie contaminabantur, pedoris magnitudine incredibili, tandemque omni humore exhausto, fugientes pediculi, cadauer informe & mortuum 6. Octob. 1591. deſeruerunt. Sic Deus Pharaonem & Aegyptios, Eccleſiam ſuam vexantes, vexauit pediculis, Exod. 8. ſic Plutarchus Syllam inhumanum pediculari morbo teſtatur extinctum fuiſſe. Phyſici quidam putant phthiriaſim ex ficuum & antidotorum calidorum nimio uſu procreari, ſed ſcriptura ſacra digitum Dei eſſe teſtatur, quo ſolet & ſimilibus ſuppliciis afficere eos, qui tyrannica poteſtate, in pios ſaniunt. Infelix certe ſolet eſſe tyrannorum exitus, ut patet in Saule & Achabo Hebraeorum regibus. Sennacherib, Antiochus, & Herodes Eccleſia perſecutores miſere perierunt. Domitianus Caſar, hoſtis Chriſtianorum, ſibi ipſi cruentas manus intulit, horrida voce hac proclamans, Turpiter vixi, turpius pereo. Maximinus dum Chriſtianos ad interneccionem perſequitur, apud Aquileiam ſeditione militum vnà diſcerptus eſt cum filio, cunctis conclamantibus; Ex peſſimo genere ne catulum quidem habendum. Decius Eccleſia Chriſtiana perſecutor grauiſſimus, inter confuſas militum turbas gurgite paludis ſubmerſus eſt, ita ut cadauer eius inueniri non potuerit. Licinius Valerianus, poſtquam Chriſtianos multos interfeciſſet, a Sapore Perſarum rege victus, & captus, mox exoculatus, ignobili ſeruitute apud Parthos computruit. Galerius Maximianus conſumptis genitalibus deſecit: de cuius morbo Eusebius Eccle. hiſt. lib. 8. cap. 18. ſic ſcribit: Authorem, inquit, ſceleris diuina ultio corripuit: ille enim qui letis & ſaginatibus carnibus incedebat ſuperbus, inſtatuſ ſubito viſceribus ſuppuratiſque diſtenditur: in profundioribus de hinc peſtoris partibus obortum vulnus, totos intrinſecus viſcerum ſecefſus tabo repente depaſcitur. Poſt etiam fiſtulis quibuſdam in ſuperficie purulentis, meatibus adapertis de interioribus putrefactis vulneris venis ebullire vndatim cepit innumera vermium multitudo, tamque intolerabilis erat, ut nullus omnino nec medicorum quidem propius poſſet accedere: medicos qui vim ſectoris tolerare non poſſent, interfici



*iubet, ex quorum numero vnus a Deo excitatus. Cur, inquit, erras Imperator, & quod Deus infert, putas ab hominibus posse reuocari: Nec humanus est iste morbus, nec a medicis curatur, sed recordare quanta in Dei seruos egeris, quaque in religionem diuinam impius & prophanus fueris, & intelliges vnde hac tibi contigerint mala. Hac diuina vindicta testimonia ex veterū historiis collecta, memoriā reflicant eorū, quae hoc nostro seculo, Deus exercuit in Ecclesiae tyrannos, quaeque omnes decet in memoriam reuocare, praesertim illos, qui ferro, igne, & bello cruentissimo Rempublicam & ecclesiam Christianam ledunt & perturbant, nec ledendi & perturbandi modum vllum statuunt. Etenim post Gregorii XIII. mortem, sub initium Nouembris, electus est Papa Cardinalis SS. Quatuor Innocentius IX. is ab exordio sui pontificatus ex thesauro diui Petri numerauit coniuratis Galliae trecenta millia coronatorū, ad bellum perficiendum contra Henricum III. cuius proscriptioni Cardinalis SS. Quatuor cum esset, antea subscripserat. Adhuc coram legatis Regis Hispaniarum & vniuerso Cardinalium consensu protestatus est, se licet de pontanum senem, paratum nihilominus esse, si res ita postularet, in Galliam proficisci, & belli aleam cum sociis experiri. Verum sub finem Decembris, bruma instante, Papa animosus sicut bulla euauit. In eius locum primo mense anni MDXCII. electus est Hippolytus Aldebrandinus, Cardinalis Florentinus, Clemens PP. VIII. cuius hac prima fuit clementia, veredariis acuere ducem Parmensem in exercitu coniuratorum prope Ambianum, belli ancipitis euentus subducentem, vt Marte crudelissimo Regem, & eius nobilitatem Rothomagum obsidentem, infestaret. Quae sint clades secuta, caelum & terra testantur.*

## CAP. XIX.

- 1 Vtrum Ecclesia Christi sine capite visibili sit futura si Papatus aboleatur,
- 2 An politiae a Patribus institutae, vitandae confusionis causa, locus sit aliquis relinquendus.
- 3 Remedia ad abolendum Papatum idonea.
- 4 Excommunicatio vana Pontificis Romani non est pertimescenda; sed pietas, pax, & charitas ex praescripto Euangelii colenda est.

**Q**uamobrē Christiani omnes, Hierarchiam Romanam, cum Christo, cum Apostolis, cum Gregorio Magno, cum Augustino, Chrysostomo, & orthodoxis ecclesiae patribus, non solum doctrinae, ac disciplinae perniciem sed bellorum civilium fomitem execrentur ac detestentur. Neque vox huius factionis audienda est, Ecclesiam sine capite visibili futuram, si Hierar-

si Hierarchia Romana aboleatur, Apostolica n. Ecclesia capite non caruit quādiu pro capite Deum habuit, neque carebit, quamdiu pro capite Deum habebit: neque caput visibile deerit, quamdiu non aliquis perpetuo vnus, sed modo Petrus, modo Paulus, modo Iacobus praerit. Equidem cum Ethnica illa Roma, non à Tarquinis, Syllanis & Neronibus opprimeretur, sed à Curiis, Catonibus, Scipionibus, temporariis Consulibus regeretur, sine capite non fuit. Quid igitur Christiana Ecclesia, nisi Bonifacios, Alexandros, Iulios, eorumque Papparum germanos, qui superbis pedibus Imperatorum colla iterum conculcent perpetuos tyrannos habeat, virum tandem capite carebit? At Gregorios Magnos, Augustinos, Chrysoctomos, rectores habebit, qui modo praesint, modo subsint, & Ecclesia doctrinam & disciplinam sincere administrent & tueantur. Bona Dei lex, Ecclesia erit domina: Ecclesia Pastoribus, Presbyteris & Diaconis imprimis instructa erit, qui ex Dei verbo, & disciplina à patribus constituta praesicientur: illis defunctis, aut officium non praestantibus, alij praefecti eligentur & substituentur: Ecclesia claves à sponso suo sibi traditas, constanter retinebit, nec vni vnquam earum administrationem committet. Hec si obseruasset olim, tot pestes exorta nunquam fuissent. Tunc enim ciues ciuitatis Dei innumerabiles, ad communem salutem vigilassent, seueri disciplinae custodes fuissent, Reges & politarcha Ecclesiae nutricij, canes Platonici, lupos impietatis superstitionisque procul abegissent.

2 Nullus ne igitur, dices, locus relinquendus est politicae, quam patres vitanda confusionis causa, in graduum Ecclesiasticorum distinctione constituerunt? Hae quaestio propter tyrannidem, quae suscipit, de qua omnia habuit, difficilis est, illam tamen paucis soluere conabor. Inter patrum canones, multi sunt ex fonte legis diuinae deprompti, quos reiicere impium esset: nonnulli sunt adiaphori, & de rebus adiaphoris tractant, in quibus delectus habendus est: alii politici omnino sunt, quos nec temere reiicere, nec pertinaciter asserere expedit. Quid huius seculi Ecclesia eiusque usus postulet, imprimis attendendum esse existimo, ne ex Scylla in Charybdim incidamus, neve nimium emungendo eliciamus sanguinem, qui nunquam ullis medicamentis fisci poterit. Democratiam in Ecclesia Christi statuere, pessimum; Aristocratiam bonis legibus temperatam constituere, optimum; monarchiam fouere, Pontificis Romani aut alterius cuiusuis, tyrannicum prorsus. Abrogandi ergo sunt illi omnes canones, quibus fundata est, illisque nihil perniciosius est, aut à Satana ad

conuellendas fidei & disciplina ecclesiastica columnas, aptius quidquam excogitari potuit.

3 Aduersus hanc pestem, liceat mihi cum piorum omnium bona uenia dicere; nullum praesentius, neque salutaris remedium uideo, quam si Reges & Principes summum ius obtinentes, in locis, quibus dominantur, synodos frequentes more patrum celebrent; ex optimis & moderatis Ecclesiae rectoribus, nec non membris piis & eruditis, qui depositis φιλαυτίας καὶ φιλοκενίας affectibus, uias reformanda doctrina & disciplina diligenter persequantur ex sacris literis, & ex patrum, qui ab illarum analogia non deflexerunt, monumentis. Conciliationis tractatum breuem & perspicuum à doctissimis conscribi curent, qui typis non mandetur, nisi vicinarum prouinciarum Reformationis studiosarum, sententia prius audiatur, ut ex communi Ecclesiarum uoto & consensu concludatur. Multum etiam prodesset, si Archiepiscopi & Episcopi (de illis mentionem facio, qui Romanae tyrannidi non fauent) adhiberent in colloquium Theologos cordatos, ut unusquisque in sua diœcesi crassos & palandos errores emendaret, quibus omnes offenduntur. Imprimis pacem utrinque colendam esse censeo, & populum ad Dei, & proximi amorem esse cohortandum, uitamque ab omnibus in pietatis & charitatis officiis instituendam & exercendam esse. His modis ira Dei placabitur, dissidia & contentiones priuatorum conciliabuntur; principum controuersia remissiores fient, qui ab Episcopis & piis pastoribus, ad communem pacem instaurandam rogandi & obtestandi sunt. His gradibus ad œcumenicum Concilium communi consensu perueniri tandem posset, in quo pax optatissima Religionis constitueretur.

4 Neg. est quod Reipub. Christiana Principes, & Ecclesia praesules ignem missilem ex arce Tarpeia pertimescant. Excommunicatio enim iniusta terribulum est arundineum, & magis nocet iudici, quam damnato. αἱ μὲν βροτῶν μάλιστα τοὺς παῖδας, αἱ δ' ἀπειλῶν τοὺς ἀφρονες κατὰ πλήθους. Notum etiam illud est; Sicut auis in incertum uolans, & passer quò libet, uadens; sic maledictum frustra prolutum, uenit super eum, qui misit illud. Per multorum quidem animos timor subit superstitione occupatos, qua numen Romanum colitur, quo nihil fallacius; Deum potius & iusta eius iudicia reuerentur. Memoriae repetant Mahumetanos, Asiam & Africam, in eisq. Hierosolymana

rosolyman, Antiochiam, Alexandriam, ipsam tandem Constantinopolim, in Europa visceribus, tunc inuasisse, cum Ecclesiarum praesules de principatu dissiderent, & reges Christiani Papae Romani artificio, mutuis odiis & bellis inter se pugnarent. Eorum quae hoc seculo acciderunt, recens est memoria. Germani incitati sunt à Pontifice Romano, ut bellum contra Bœmos propter religionem gererent, gestum est per continuum fere decennium, quod Cisca Duce, Boëmi Dei auxilio freti, ita propulsarunt, ut ab illis Sigismundus Imperator & totum imperium damnatum, non victoriae trophaum retulerint: postea Pontificis artibus Heluetiae ciuitates foederis artissimae necessitudine coniunctae inter se bello civili & crudeli dimicarunt: iterum sub Carolo V. Germania Principes inter se commisi sunt ad periculum extremae cladis, nisi bono consilio & Dei praesertim beneficio pax Religionis constituta fuisset. Quid in Belgio per annos viginti quinque continuos, Papa manu Hispani egerit, omnibus est notissimum. Incendium etiam hoc Angliae & Scotiae insulis, non pepercit, nec Oceani aquae ad illud extinguendum satis potentes fuerunt. Infelix regnum Galliae, à quo Hierarcha Romanus, principatum & diuitias obtinuit, pontificio conatu hoc tempore, tanquam viperam partu interficitur, & labitur. Hac omnia Papa ex arce sancti Angeli incendia, securus speculatur; neque commouetur blasphemis & sceleribus, quibus caelum & orbis uniuersus commouentur. Etenim Romam Babylonem esse, quae in Apocalypsi describitur, praclare Tertullianus in libr. aduersus Iudaeos dixit, his verbis: Babylon apud Ioannem nostrum Romanae urbis figuram portat, proinde & magna, & regno superba, & sanctorum debellatrix. Item, Hieronymus in prologo De Spiritu sancto Romam vocat, Babylonem, & purpuratam illam meretricem quae in Apocalypsi designatur. Itaque ad Babylonem hanc, & eius principem destruendum, & in ordinem redigendum, omnes pij & literati homines sua conferant studia; praesules Ecclesiae Christianae, Scripturas sacras scrutentur, easque doceant; Ecclesiae primitivae institutionem ament quae fuit huiusmodi: Vnum Deum nosse creatorem uniuersitatis, & Christum Iesum ex uirgine Maria filium Dei creatoris, tum carnis resurrectionem, tum legem & Prophetas cum Euangelicis & Apostolicis scriptis; inde haurire fidem suam, baptismo obsequare, Eucharistia pascere, sancto Spiritu vestiri, martyrio confirmari, disciplinam, & charitatem exercere, iniuriam potius ferre, quam inferre, sancte viuere, & pie mori: hac, inquam, fuit Ecclesiae veteris Chri-

*stiana institutio, ad quam si nos omnes componimus, disidij causa nulla supererit; sic bellum civile cessabit; sic pax Catholica in Ecclesia Catholica erit sempiterna. Deus Optimus Maximus, propter Christi Emanuelis gloriam, huic nostrae aetati hoc beneficium largiatur, ut nocendi & ulciscendi feritate, rebellandi & dominandi libidine deposita, omnes poenitentiam agamus, pietatem colamus, & fraternam charitatem ex praescripto Euangelij persequamur.*

F I N I S.

*Errata typographica, in nonnullis exemplaribus, nimia operarum festinatione commissa, sic corrigito.*


*Pag. 11, cuiusq., pro huiusq. 12, ii quam, dele ii. 13, modo tyrannide, pro monotyranide. 34, ab Apostolos, pro Apostolis. 40, cognoscerent, pro cognosceret. 44, vocationis suae, pro vocatione sua. 80, vers. 21 & 23, in nonnullis, pro Synodum, lege Synedrium; & ibid. pro, quam, l. quod. 82, suum, pro summum. 139, Ecclesia Romae, pro Romana.*

KERV M



INDEX RERVM ET  
VERBORVM, ET PRÆCIPVE  
HISTORIARVM VETERVM ET  
RECENTIVM, QVÆ LIBRO DE POLI-  
tia ciuitatis Dei, & Hierarchia Romana continentur. Addita est ex-  
positio Latina, Hebraicarum & Græcarum dictionum, vt omnibus  
consulatur. Synopsim singulorum capitum, ex eorum indice  
lector repetere poterit, quam hîc notare su-  
perfluum fuisset.

A

 Bimelech, id est, pater meus rex, pagina 59	sacro baptismo tinctus, Episcopus hæreticos eleganti ironia excepit 95
A Cæsare electo iuramentum exigitur & quale 97	Alaricus prodicione Romam cepit 140. Ecclesia Romana repetit gen- tilium sacrificia 141
Acephali, quinam sint 145	<i>Ἀλεξουρησιᾶ</i> , id est immunitas vestiga- lium, & publicorum munerum 105
Acoluthi, cur à quibusdam Acolyti di- cantur 128	Alexander III. imaginem Imperatoris misit ad Sultanem Ægypti 148
<i>Ἀκουσματικῶν</i> , id est auscultatoria, sicque nonnullæ Aristotelis commenta- tiones dicuntur, in quibus subtilior philosophia agitur 29	Alexandri VI. incestus, & cat. 149
Ad Ecclesie <i>κυβέρνησιν</i> , id est, administra- tionem 48	Alia est Ecclesie Christianæ ratio, quâ fuerit Israeliticæ 81
Ægyptiorum sententia secuta in Iulia- ni anni constitutione 160	Amanuensis Stiliconis ab Ambrosio excommunicatus à Satana dilacera- tur 172
Agapes fratrum 65	Ambrosii Episcopi Mediolanensis con- stantia 55
<i>Ἀἰετὶ βροτῶν μελίτην βυδὲς περὶ ἰδίας, αἱ δ' ἀπειλαὶ βυδὲς ἀφ' ἑθνοῦς κυνταυλῆτιοῦσι</i> : id est, Toni- trua pueros potissimum, minæ in- spicientes terrent 190	Ambrósius Catechumenus Mediolan- ensis Episcopus electus 53
Alamundarus Saracenorum Princeps	An à communionem Sacramentorum

b

IN LIB. DE POLIT. CIVIT. DEI

arcendi sint flagitiosi sub Magistra- tu fideli	116	'Ασυνλόγητον, id est, irrationabile	151
Annales leges certa ætatis spatia cuiq; dignitati descripserunt	53	Athanasii constantia	55
Anathematis vsus sublatus in Ecclesiis reformatis	119	A Tiberii principatu erant in imperio Christiani	125
Anni initium, à proxima Luna æqui- noctii autumnalis	161	Audientes qui dicerentur	114
Anni principium à Vere	161	Aurea secula Ecclesiæ	125
Anni nostri ratio perturbata	161	Aurelianense Concilium I. celebratum à Clodoueo primo Galliarum rege Christianissimo	143
Anno 801. Carolus, propter res præclare gestas Magnus dictus, im- perator Occidentis imperii consti- tutus	102	Aurum & argentum ad ornanda Dei templa inutile & prophanum	116
An principes legibus sint soluti	92	Azarias sacerdos Regi Osiaæ adolere ambienti, resistit viriliter	44
Antiochena Ecclesia mater omnium Ecclesiarum	138	<i>B</i>	
* Ἀπὸ πατρὸς & ἀμὴ πατρὸς, id est, absq; patre, abs- que matre	75	Baptismus campanarum	156
Apauonibus humilitas discenda	109	Beneficium decimarum concessum est propter officium	103
* Ἀπόκρυφα γινώσκοντες, arcana verita cognitio- nem significantia, & qualia sint	31	Binæ captiuitates, quas Ecclesia Christi perpessa est	4
* Ἀφορισμένοι, id est, excommunicati	118	Bis in anno Synodi olim celebra- bantur	129
Aquitania ab Hunuldo armis Caroli recuperata	102	Bona ecclesiastica ad quatuor vsus de- stinata	122
Archiepiscopus, idem quod primarius Episcopus	132	Bonifacius VIII. iusto supplicio af- fectus iussu Philippi IV. Galliaæ re- gis	94
Archiepiscopus Mediolanensis cor- nam ferream Carolo Modiciaæ im- posuit	100	Bonifacius VIII. Philippum Pul- chrum Galliaæ regem excommuni- cat, & cur	91
Archiepiscopatus duodecim hodie in Galliaæ regno	143	Bonifacius VIII. Albertum Impera- torem superbissimè repulit	90
Arriana hæresis motus incredibiles ex- citauit per Orientem	130	Bonifacii Martyris sententia de sacer- dotibus aureis & ligneis	115
Aristobulus Pontifex Hebræorum vin- ctus Romam mittitur	146	Bonorum principum imago anulo in- sculpi potest	74
Aristocrata viguit inter Apostolos	50	Burchardus Wormaciensis Episcopus primus decreta in volumen con- gessit	83
* Ἀφελωσεια, id est, panis adoratio	156	Burchardus vixit Othonis III. & Hen- rici II. ætate	84
		Byzantium vbi sita	110
		Ca-	

# ET HIERARCH. ROM. INDEX.

## C

Cabalistæ, id est, traditionum magistri	31	Christiani imperatorib. Ethnicis militarunt, salua religione	126
Cardinales ex instituto veterum canonum presbyteris sunt inferiores	61	Chrysoftomus ab Arcadio imperatore bis in exilium pulsus	93
Caius Episcopus Romanus gladio periit	91	Clemens V. in Eucharistiæ exhibitione Imperatorem tolli curauit	148
C. Tributum §. quamuis 23. quæst. 8. pugnancia inter se docet	105	Clementis Papæ I. errores & mendacia in epistolis ad Iacobum fratrem domini	30
Canonistæ tribuunt Papis, quæ sunt imperatorum	84	Clerici dicebantur illi qui sacris initiabantur	128
Capite malis humoribus corrupto, cætera corporis membra corrumpuntur	111	Clinici dicti illi qui morbo exhausti, è lecto surgere non poterant	38
Carolus Cardinalis Lotharingus	89	Clodoueus Rex Galliæ, coronam misit Romam ad S. Petrum	143
Carthaginense Concilium, ante Nicænum fuit celebratum	133	Cometes & prodigia præcesserunt captiuitatem à Mahometo inuectâ	8
Catechismi institutione plus proficitur quam concionum frequentia	113	Comitia Blæsis indicta, in quibus Henricus Guisus, & Cardinalis eius frater iussu Regis Henrici III. interficiuntur	182
Cathedra Episcopum celebrem non reddit	166	Concilia quæ canonicam scripturam recensuerunt, & cur	37
Causæ, ataxiæ, quæ in vsu disciplinæ fit	119	Concilium Moguntinense in tres classes fuit distinctum	162
Causæ Babylonice captiuitatis	4	Concilia, contraria decreta statuerunt	32
Cherub nomen vniuersale ad omnem figuram	41	Concilium Hierosolymitanum Arium absoluit	32
Cherubini in loco adyto erant, nec adorabantur	41	Concordia Græcorum cum Latinis de processione Spiritus sancti	6
Cherubia, vox Chaldaica, idem sonat quod, tanquam puer	41	Copiosum est corpus sacerdotum	116
Chorepiscopus pendebat ab Episcopo	128	Coronatio Imperatorem non facit, factum esse declarat	100
Christus natus autumnii tempore	161	Corona, Regnum dicta	143
Christus, anno 33. ætatis suæ pro nobis passus est mortem	31	Cornelius capite multatus	92
Christus vectigalia persoluit	104	Corpus Domini sit mihi hodie ad probationem	86
Christiani, id est, vncti	76	Corruptio functionis presbyterorum in Papatu	71



IN LIB. DE POLIT. CIVIT. DEI

Constantius pater Constantini Magni, benignus erga Christianos, eiusdemque <i>νεοτότιστα μισο</i>	135	Decretum Caroli Magni, de Homiliis vulgari idiomate ab Episcopis agendis	113
Constantinus Treuiris domiciliū habuit	136	De disciplina primitiua Ecclesiae in sacris conuentibus, & vsu coenae	114
Constantinus Magnus fidei Catechumenus	106	Definitio Apostolicae potestatis quae à pontificiis tradatur	99
Constantinus non credidit Episcopos Deos esse	95	Denegandum ei beneficium qui non praestat officium	103
Constantinus Magnus Nicænum Concilium conuocauit	130	De quibus rebus disceptetur in foro officialis	85
Constantinus Episcopaliū querimoniarum libellos exurit	95	Desiderius Longobardorum Rex Bertam Carolomani vxorem cum liberis apud se recepit	101
Constantinus in omnibus regionibus equos iubet disponi certis mansionibus, ad vsū delegatorū in Concilium Nicænum	130	Deus verbi sui prophanationem inultam non patitur	11
Constantinopolis quo anno condita	110	Deus auctor politiae quae fuit in Ecclesia veteri Hebraeorum	39
Constantinopolis sedes imperii Orientalis, quādo fuerit expugnata à Turca	5	Diaconis & Presbyteris Concilium Ancyranum permittit vxores ducere	31
Constans Occidentis Imperator à Magnentio est interfectus	98	Diaconorum institutio deprauata in Papatu	68
Constantinus Papa electus contra statuta ecclesiastica	101	Dies solis, à piis dies Dominicus dicebatur	64
Cur Episcopus Romanus Papa dictus	59	Digna vox principis, fateri se legibus teneri	92
Cur idioma Hebraicum omnium dicatur sanctissimum	78	Diocletianus mortalem se esse oblitus est	60
Cur Pontificis caput, brachium regis vngatur	77	Dioscorus Episcopus Alexadrinus excommunicatur	117
Cur tributa diaconis in Papatu presbyterorum officia	70	Disciplina est fidei & Sacramentorum neruus	27
Cyprianus Episcopus morte affectus	135	Distinguendum inter scelera & delicta	117
		Dithericus Moguntinensis à Pio II. PP. proscriptus	176
		Doctores Theologiae prophetarum vicem olim referebant	78
Datum Constantinianae donationis eius falsitatem indicat	106	Donatus Numida Ecclesiam Carthagenensem	

ET HIERARCH. ROM. INDEX.

ginensem perturbat	136	quos necesse est populum emenda-	
Donorum sanationis gratia non est ex-		re	129
tincta	50	Encomium disciplinæ ex Cypriano	
Draconis leges nõ atramento, sed san-			27
guine scriptæ	25	Ἐπιγραφοί, id est, obsessos à diabolis	
Druidæ non soluebant tributum	104		49
Duæ species presbyterorum	69	Epiphanius scidit in frustra velum in	
Duo genera Clericorum	145	quo depicta erat imago Christi	115
Duplex clauium administratio	158	Episcopatus in Galliæ regno circiter	
		centum	143
		Episcopus ne sit in pace leo, in prælio	
		cervus	54
		Episcopo non licuit in aliam transire	
		Ecclesiam, absque Ecclesiæ suæ con-	
		sensu	129
		Episcopum non satis est carere crimi-	
		ne, sed criminis suspitione	96
		Episcopus coniugem vt sororem ha-	
		beat	56
		Episcopi pauperes & indigentes secum	
		habeant ad mensam	57
		Episcopi olim in presbyteros non ex-	
		ercebant dominium	127
		Episcopus absque scientia presbyteri	
		bona Ecclesiastica non debet admi-	
		nistrare	122
		Epistolæ duæ quæ in fine Nicæni Con-	
		cilii extant, falsæ sunt	132
		Euangelistarum & Apostolorum mo-	
		numenta Dei veri spiritu hominib.	
		ministrata	36
		Eucharistia infantibus data	31
		Eugenius IV. in Concilio Constantiensi	
		proscribitur	94
		Ἐπιτελία, ordo decorus	37
		Excommunicatio quid sit	117
		Exempla imperatorum & regum, qui	
		politiam Ecclesiæ curarunt	73
		Exitium illi ciuitati est paratum, in qua	
		non lex magistratibus, sed legi magi-	
		stratus præsunt	92

E

Ecclesia Romana Apostolorum do-

ctrina & sanguine insignis 139

Ecclesiæ Christianæ status sub impe-

rio Turcico miserrimus 6

Ecclesia Lugdunensis olim in Gallia

primaria habebatur 135

Ecclesiæ Apostolicæ matrices fidei

49

Ecclesia Christi est luminare maius

Reipublicæ 73

Ecclesiæ instauratio à quibus facta sit

his nouissimis temporibus 9

Ecclesia Lunæ similis 74

Ecclesiæ vnus consuetudo, alterius

contrario modo vtentis politiam

in rebus adiaphoris non improbat

38

Ecclesiam Romanam Regum Galliæ

liberalitas locupletauit 143

Ecclesiasticis quomodo permissum a-

gros possidere 104

Ei qui agit, incumbit onus probandi

68

Ἐπίσκοπος Ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως

ἢ ἰσχυρὸς, καὶ οὐκ ἄλλοις πατριάρχῃς. id est

Misericordia Dei Archiepiscopus

Constantinopolis nouæ Romæ, &

vniuersalis patriarcha 139

Emédationes oportet esse populo eos

# IN LIB. DE POLIT. CIVIT. DEI

Exomologesis quid sit	114	tini excitati, templa noua curant	
Exorcistæ curabāt energumēnos	129	passim ædificari	136
Ex patribus quidam mortuis Eucharistiam in os inseruerunt, iisdemque baptismum contulerunt	31	Gazophylacium positum erat in templo	129
Externa vnctio, internæ spiritualis vnctiois fuit Symbolum	75	Gebhardus Colonienſis Episcopus, cur à Papa proſcriptus	179
Exuperius Tolosæ Episcopus calice vitreo & vimineo canistro utebatur in Eucharistiæ administratione	115	Gerſon damnat traditiones, quæ non congruunt cum Scriptura sacra	34
Ezechias æneum serpentem confregit & Nehuſtam, id est, æmulum vocauit, quod nullius eſſet vtilitatis	41	Geruli excommunicationis à Benedicto XIII. miſſi in Galliam, ignominia mulctæ afficiuntur	94

## F

Falſitas iuris Canonici	87	Godefredus Bullonius rex Hieroſoly- mæ proclamatur, ibique cum ſuis occubuit	88
Falſitas epiſtole in tomis Conciliorum insertæ	110	Gratianus corruptiſſime decreta compilauit	83
Falſum eſt, primos Chriſtianos in preſbyterio ciuilia & capitalia iudicia uſurpaſſe	80	Gregorius XIV. phthiriſi moritur	187
Flagitioſi arcebantur à communione	114	Gregorius XIV. reus parricidii commiſſi in perſona Henrici III.	186
Forma qua Eccleſia utebatur in ligando & ſoluendo	172	Gregorius I. Episcopus Rom. nominat ſe, ſeruum ſeruatorum pag. 1. <i>Cenſ.</i>	
Franciſcus Dandalus dux Venetorum veniam à Papa deprecatur	177	Gregorii Nazianzeni dictum egregium	163
Fridericus Ænobarbus Imperator à PP. excommunicatus	176	Gregorius I. Longobardorum ſacellarius	141
Functio Episcopalis totum hominem requirit	81	Gregorius VII. pontificatu abdicatus Salernæ miſerè periit	94
Functio eorum qui ſanandi dono præditi fuerunt, tempore Seueri imperatoris floruerunt	49		

## G

Gallia bos lactaria Papæ	144
Galliæ Episcopi, benignitate Conſtan-	

## H

Hadigia vxor Mahometi diues	4
Hadrianus orat Carolum vt Italiam liberet è manu Longobardi	143
Hæreſis Eutychetis damnata in Concilio Chalcedonenſi	117
Henri-	

ET HIERARCH. ROM. INDEX.

Henricus IV. proſcribitur à PP. 176	lo non ſunt petendi	88
Henricus III. monachi manu interfi- citur	In negotio Religionis gladius non eſt exercendus, & cæt.	88
Herodes ex edicto Auguſti Iudæorum præfectus	In pectorali ſummi ſacerdotis erant, VRIM & THVM MIM, id eſt, perfectiones & illuminationes	42
Hieronymus tranſtulit Biblia in ſer- monem Illyricum	Inueſtitura pretio emitur	57
Hiſpaniæ & Britanniæ Eccleſiæ cre- ſcunt ſub Conſtantio patre Con- ſtantini Magni	Iniuſtitia iuris Canonici	80
Hiſtoria celebris Stephani Epifcopi Romani	Interdictum PP. ne pro Conſtanti- no Imperatore preces fiant Eccle- ſiaſtica	175
Horologium Græcum	Inſtitutio Chorepiſcopi non fuit ſu- peruacanea	128
Hymenæus & Philerus hæretici tem- pore Apoſtolorum perturbantes Eccleſiam	Ioannes Niuernenſis Comes contra Baiazetem, malo Abbatis conſilio infeliciter bellum mouit	89
	Ioannes omnes collegas ſuos Apoſto- los ætate ſuperauit	50
<i>I</i>	Iulianus annus fuit emendatus	160
Idea Regis perfectiſſimi	Iulius Cæſar faſtos correxit	159
Idolum nullum in conuentibus Chri- ſtianorum	Iulius II. claues Petri in Tyberim pro- iecit	149
Ieiunia producebantur olim uſque ad veſperam	Iuramenti contempta religio Deum vindicem experitur	96
Ieiunii publici celebratio quomodo fieret in Eccleſia veteri Iſraeliti- ca	Iurisdictio Metropolitanæ, quatuor ca- pitibus conſtabat	132
Ieiunium publicum pœnitentiæ fo- mentum	Ius Canonicum auiſ Horatiana	85
Imperium felix quale ſit	Iuſtinianus Codicem à prædeceſſo- ribus concinnatum ſub ſuo nomine edidit	81
Imperiti Epifcopi ad ſtiuam quam ad Cathedram aptiores	Iuſtinus Martyr vixit tempore Antoni- ni Pii Imperatoris	49
In ciuitate libera ſpeciales magiſtratus ſunt ab vniuerſali	Iuſtinianus edixit Epifcopis vt ſtatuto tempore carceres luſtrent	74
In Conciliis traditiones ſanciri nõ poſ- ſunt verbo Dei repugnantes	Iuſtini Martyris locus inſignis de iis quæ in conuentu primorum Chri- ſtianorum ſiebant	113
In Momyllo, qui Auguſtulus di- ctus, defecit imperium occiden- tale	Iuſtiniani conſtitutio, qua edicitur vt vulgari idiomate Scripturæ ſacræ legantur	113
Inſideles ex eo quod inſideles ſunt, bel-		

IN LIB. DE POLIT. CIVIT. DEI

Ius confirmandi Episcopum Romanum à Constantino Magno, ad Mauricii tempora penes Imperatorem fuit 62

Ludouicus II. Rex Galliaë ampullæ cælitus demissæ fabulam retexit 77

K

M

Kalendarii reformatio non ad Papam, sed ad Imperatorē & principes pertinet 159

Κατὰ ἀλόγιον τῆς πίστεως, id est secundum convenientiam fidei 28

Χειροτονήσαντες, manus attollentes 71

Χειροθεσία, id est manus impositio necessaria in ordinatione ministrorum 67

Krantzii iudicium de transmigratione diuersarum gentium in Italiam 140

L

Laurētius martyr, Decio Imperatore ærarium ambiente, pauperibus distribuit 122

Lectorum munus, & quales essent 128

Legio Christianorum κεραινοβόλοι, id est, fulminatoria nuncupata 126

Leo III. Iconomachus à PP. dictus 176

Legum ecclesiasticarum duo genera 38

Leuitæ ab anno 25. vsque ad quinquagesimum in tabernaculo ministrabant 41

Liber Pastoris à Mago Hermete conscriptus, damnatus ab Ecclesia 36

Locustas, bruchos, & conuoluulos Paipa excommunicat 174

Λογικὴ θεωρία, id est, cultum rationabilem 6

Δογματίας, id est pugnas verborum 79

Macarius Episcopus fuit Hierosolymitanus 110

Mahometi natiuitas, parentes, & ingenium 4

Marcellus Papa in pistrino periit 92

Marcellinus Papa capite mulctatus 92

Martianus Imperator Concilio Chalcodonensi interfuit 117

Martyres huius sæculi multi 121

Maternus Episcopus Agrippinensis, ætate Constantini Magni 137

Matrimonia quæ cõtra præcepta moralia fiunt sunt prohibenda 120

Matrimonium fœdus diuinum 119

Mendacium de principatu in Ecclesiã Constantinopolitanam quæ nulla fuit, eo tempore quo donatio Constantini facta esse fingitur 110

Mendacium de dominio vrbis Romæ quod obtẽditur Syluestro concessum 111

Mendacium quo affirmatur imperiũ eiusque notas concessas fuisse Syluestro 108

Mendacium de principatu, qui prætditur datus Syluestro à Constantino in omnes Ecclesias 108

Mendacium de mitra & superhumerali, quorum sub Constantino Magno vsus nullus erat inter Episcopos Ecclesiæ 109

Mendacium de baptismo Constantini Magni 107

Menda-

ET HIERARCH. ROM. INDEX.

Mendacium de donatione palatii Lateranensis 199  
 Mendacium de lepra Constantini, quae dicitur à Syluestro Papa curatus 107  
 Mensa pauperum ara primorum Christianorum 115  
 Methodus huius libri 12  
 Metrophanes primus Patriarcha Constantinopolitanus 111  
 Metropolitanus in Episcopi diocesis nullam exercebat potestatem 132  
 Moschæa Turcarum conuentus 4  
 Mors Sixti V. 184  
 Mos antiquus in recipiendis in gratiâ excommunicatis 173  
 Mos memorabilis qui olim in conciliis obseruabatur 135  
 Mundus binum solem, nec imperium binum imperatorem ferre potest 109  
 Munus sacerdotale præcipuum & augustissimum fuit in politia Mosai- ca. 41

N

Nationes diuersæ inæqualitate gubernationū, non minus, quam elementa inæquali temperatura inter se coherent 147  
 Nectarius Catechumenus Episcopus Constantinopolitanus factus 53  
 Ne bis presbyter ordinetur, & ne quisquam bis baptizetur 71  
 Neocæsariense & Ancyranum Concilium persecutionis tempore celebrata fuerunt 129  
 Neophytus ad ordinem sacerdotalem ne promoueatur 53

Nequibua, id est, noua luna. Hebræicè nim à Lunæ initio menses auspiciantur 160  
 Ne quod colitur in parietibus depingatur 115  
 Nihil est in orbe vniuerso de quo sacra Scriptura non iudicet 96  
 Nomina tyrannorum, qui decem persecutionibus Ecclesiam primitiuam vexarunt 126  
 Non admittendæ traditiones nisi quæ in Euangelis, epistolis Apostolicis vel actis Apostolorum leguntur 28  
 Notabile decretum Concilii Aureliensis 167  
 Non tam Ecclesiæ, quam cælatae pecuniæ rationem habent 71  
 Notæ imperialis dignitatis à Carolo Magno institutæ 97  
 Numa Pompilius simulato colloquio cum Ægeria nympha Romanos fefellit 40

O

Odetus Burgundiæ dux periit in Sicilia 88  
 Odoacer Romam expugnauit, & desertam reliquit 141  
 Officialis forum cum Ecclesiæ primitiæ more, & ratione Ecclesiastica pugnans 85  
 Oleum sancti Rhemigii impostura non caret 77  
 Oligarchia facile degenerat in tyrannidem 51  
 "Οὐκ ἔστιν ἀφ' ἑσέως, id est, afinus ad lyram 113  
 Oportet eos qui præsunt Ecclesiis docere populum & clerum 57

IN LIB. DE POLIT. CIVIT. DEI

Oratio à Constantino Magno in Concilio Nicano habita	131	Πάρεσις τὸ ἐπισκοπεῖν, ab inspiciendo	152
Ordo doctorum Theologorum in Hierarchia Romana corruptissimus	79	Parænesis, id est, exhortatio, ante Sacramentorum perceptionem	113
Ordo prophetarum Apostolico coniunctus	49	Pastores se ipsos pascentes	103
Origenes, Pantænus, & Clemens doctores apud Eusebium in Ecclesia primitiua celebres	77	Patere legem quam ipse tuleris	92
Origenes iuuenis Catechista factus	53	Patriarchæ Constantinopolitani auctoritas late patet	139
Origo Cardinalium, & dignitatis accessio	61	Patriarchæ Constantinopolitano adiuncti sunt viri XII. eruditi, qui Calogeri, id est, senes clari dicuntur	80
Origo conciliorum generalium ab Instituto Apostolorum ducta est	133	Penes Synedrium potestas comprehensionis, carceris, & virgarum fuit	44
Ὁρθόδομοις ἐν λόγῳ τῆς ἀληθείας, recte secare sermonem veritatis	53	Personalia onera quæ dicantur	104
Osias Rex in sacris inuadendis temerarius, lepra percussus	44	Perusinus, tanquam Iustiniani simia, Institutiones iuris Canonici edidit	83
Ostiarium munus in Ecclesia primitiua	129	Phocas homicida, titulum vniuersalis decreuit Episcopo Romano	142
Osus Cordubensis Episcopus missus ad Arrium presbyterum Alexandrinum à Constantino	130	Phocas Hierarchiam Romanam fundauit	7
		Phrygium factum ex pennis pauonum in vertice Papæ positum	109
		Pii cum infidelibus non sunt copulandi	120
		Pipinus precibus Stephani PP. exortus in Aistulphum Longobardorum regem progreditur	143
		Pipinus Caroli pater regnum Galliæ inuasit	76
		Piscator Romanus, mari turbido piscatur	105
		Platonica communio	64
		Plinii testimonium de conuentibus Christianorum	114
		Pœnam canonicam non debet ferre is, qui canonicè non est iudicatus	180
		Politia in rebus adiaphoribus non tantum recipit, sed exigit interdum mutationes	67
			Popula-

P

Præsidis in presbyterio partes	123
Πρώτη σύμφωνοι ταῖς γραφαῖς, id est, omnia consona scripturis	29
Papæ, nomen antiquum est, quo Episcopi omnes vocabantur	59
Papa ἱεροκράτης, Petri non est successor	153
Papæ, terræ Numini, proceres donaria offerunt	144
Papæ perturbarunt rationem temporis	160
Papa imagines cereas consecrat	156
Papa sol, & luminare maius: imperator luminare minus	63

ET HIERARCH. ROM. INDEX

popularis administrationis pericula describuntur	51	Presbyter idem quod senior	69
Populus examināndus interdum in Ca- techesī	113	Presbyterii est curare, vt pie & reli- giose matrimonia celebrentur	119
Portentosa res Episcopum Ecclesiæ federe in foro cum Magistratu poli- tico	80	Progressus doctrinæ sacræ innumera- biles in diuersis locis	127
Possiacensis Synodus	162	Princeps, solemnitatibus testamento- rum, donationum, & manumissio- num non est obnoxius	92
Potius metuenda factio ab oligarchi- co, quam ab Aristocratico conuen- tu	163	Prohibitum Episcopis ne aulam acce- dant nisi vocati	81
Potestas data à Constantino Magno o- mnibus, Religionem Christianam, vel gentium cultum profiteri	136	Prouocatio ad nationale concilium	167
Primus qui immunes fecit Ecclesiasti- cos	104	Προσωποληψία, id est, acceptionem per- sonarum	151
Prima inter omnes functiones fuit A- postolorum	48	L	
Primitiua Ecclesia tanquam fidelis Ar- chigrammateus, scripturam sacram custodiuit	36	Quæ harmonia dicitur in cantu, ea est in ciuitate Dei distinctio vocatio- num	112
Primi Christiani Agapas, id est, conui- uia fraternitatis pie celebrabant	125	Qui bene docet, & male viuit, cereo si- milis est	54
Priuilegium meretur omnino amitte- re qui permissa sibi abutitur pote- state	103	Quid prodest ieiunare visceribus & lu- xuriare venatibus, abstinere cibis, errare peccatis?	121
Psalmorum vsus in Ecclesia	112	Quid in anno Iuliano reprehenda- tur	160
Psalmistæ munus	128	Quinam dicti sint Apostolici	50
† <i>ἡ ἀδελφότητα καὶ ἀδελφότης</i> , id est, fratritatem & inuititiam	87	Qui præfuturus est omnibus, ab omni- bus eligatur	72
Prælatio ignis ante regem Persarum	98	Qui non fuerunt in communionem, ex- communicari non possunt	174
Præstat carere excommunicatione quam ea abuti	117	Quirinus Scisci Episcopus mola collo alligata in flumen præcipitatur	55
Presbyterii officium perpetuum esse debet	71	Quo tempore Ecclesia Gallicana in ser- uitutem PP. sit redacta	143
Problema Theologicum proponebāt primi Christiani, & soluebant, ante- quam in conuiujs biberent	125	Quod omnes tangit, debet ab omni- bus approbari	72
† <i>ἡ ἐξουσία</i> , apud Iustinum Martyrē, idem quod Antistes	122	R	
		Rabini commenti sunt cabalam, id est,	



IN LIB. DE POLIT. CIVIT. DEI

rei cuiusdam explicationem veluti per manus traditam	29	Romana Ecclesia Gothia dicta	141
Roma purpurata meretrix	191	Romanus <i>αρχιεπισκοπος</i> , id est, interpres Scri- pturas sacras corruptit	36
Romanæ Ecclesiæ mos varius in annis notandis	160	Romani Episcopi, longe inferiores sunt doctrina & pietate, celeberrimis Ecclesiarum Episcopis	142
Reciproca admonitio inter Symmy- stas	123	Rotaldus Episcopus in Concilio Pi- stensi damnatus	168
Redemptio captiuorum ornatus est Sacramentorum	116		
Regula vniuersalis: Ne extra cancellos provincia, Episcopi nisi vocati egre- derentur	135	Sacerdotes in omni genere liberos ef- se oportere	105
Rheticus Episcopus Augustodunen- sis vixit tempore Constantini Ma- gni	137	Saducæi negabant resurrectione mor- tuorum	156
Reges Græciæ scipionem pro diade- mate gestabant	110	Salamandra viuuit in mediis ignibus	126
Regnum in Italia à quibus ducibus fue- rit constitutum	99	Summus Hebræorum Pontifex typus fuit Iesu Christi	41
Relapsi, crimen irremissibile Ecclesiæ primitiua incognitum	178	Sectiones legis factæ tres & quinquaginta, vt per vices in templo, adhibitis prophetarum commentariis, legerentur	45
Religiosa festorum & dierum obser- uatio obliterata fuit	46	Sedes summi iudicii ad tabernaculum & sanctuarium fuit	43
Religionem non regionem curabant olim Episcopi	127	<i>Συγχυσις</i> , id est, confusio	123
Religio Christiana per Frumentum Martyrem apud Indos est funda- ta	14	Si transmittendus exercitus, Ecclesia- stici obnoxii tributis	104
Rescriptum Stephani Pontificis, de consecrando Episcopo Romano præsentibus Imperatoris legatis	62	Senatus Ecclesiasticus in quibusdam locis non habetur, nisi in præsentia præfectorum principis	89
Responsa Dei quæ sita per <i>V R I M</i> & <i>T H Y M M I M</i>	42	Seniores Ecclesiæ, eius Irenarchæ, id est, moribus corrigendis præfetti dici possunt	70
Respublica continet in se Ecclesiam, & non Ecclesia Rempublicam	73	Seueritas illa laudanda per quam tolli- tur peccandi facultas	118
Rex Nauarræno reconciliatur	183	Sergius Monachus Apostata	4
Rex Iosaphat ex Mosis instituto resti- tuit minores & maiores iudices	43	<i>Σεισητερον</i> , id est, sceptrum	110
Ritus vnctionis per annos vltra mille & ducentos in Ecclesiis Græciæ non vsurpatus	76	<i>Συμφοροποισις</i> , id est, collectio in vnum corpus	35
		Sors non tantum ex Dei verbo, sed phi- losopho-	

# ETHIERARCH. ROM. INDEX.

<p>Philosophorum, &amp; politicorum vsu di-            uinis iudicii attributa 58            Soracte mons quis fuerit 106            Sosigenes Mathematicus 160            Stationes Christianorum 112            Stephani VI. portentosum facinus              148            Steuchus conatur persuadere Papam              Deum esse 149            Stultitia Perusini refellitur 83            Sub Iuonis Episcopi Carnutensis no-              mine duo decretorum volumina ce-              dita 83            Syluerius Episcopus Romanus susce-              &amp; proditionis, pellitur in exiliu 141            Syluester Episcopus Romanus fugit ad              montem Apollini sacrum 106            Syluester Ecclesiam Romanam tem-              plis magnificis beneficio Constan-              tini Magni, illustrauit 139            Synedrium e principibus sacerdotum,              &amp; senioribus populi compositu 44</p>	<p>mus locus attribuitur 137            Theodosius Imperator, constitutio-              nes predecessoru in Codicem pri-              mus redigi curauit 81            Theodosius iunior Ephesinum I. œcu-              menicum Concilium conuocauit              134            Theodosius ab Ambrosio, &amp; Concilio              Episcoporum excommunicatus 117            Theodoricus Rex Ostrogothorum O-              doacri, Herulorum regi, in regno              Italiæ successit 98            Toletanum Concilium decernit, vt              eadem seruetur formula, in cantu &amp;              precibus ecclesiasticis 38            Tomorræus Collocensis Archiepisco-              pus Ludouico Pannoniæ regi dedit              pessimum consilium, vt armis con-              tra Turcam experiretur 89            Tributa testimonia sunt subiectionis              104            Tributa sunt Reipublicæ nerui 104            Tres species gubernationum in popu-              lo Israelitico 146            Treuirensis Ecclesiæ antiquitas 136            Turbis electio non est committen-              da 66            Turpe est doctoricum culpa redarguit              ipsum 71</p>
<p><b>T</b></p>	
<p><i>Tὰ αὐτὰ πράττειν, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν, δι-            κρισμὸς ἐστίν. Dare operam suis, &amp; ne-            gotiosum non esse, iustitia est</i> 81</p>	
<p>Templum Christianæ Ecclesiæ multo            augustius templo Salomonis 47            Tempus sumendi ocreas non datur à              Guisio Henrico III. 192            Temporis ordinandi ratio 162            Tertulliani testimonium de Ecclesiæ              presbyterio 80            Tertullianus vixit regnante Seuero              Imperatore 49            Testimoniales literæ pauperibus te-              mere non dandæ 65            Thebæa legio Christianorum idolis              sacrificare renuit 126            Theodosii decretum, quo Nectario E-              piscopo Constantinopolitano pri-</p>	
<p><b>V</b></p>	
<p>Valentiniani &amp; Martiani edicto Con-            cilium Chalcedonense I. conuoca-              tum fuit 134            Verbū <i>ἡγεμονία</i>, verbum est aucto-              ritatis &amp; approbationis politicum              66. &amp; 72            Victor Papa reprehensus ab Irenæo              159            Vigilius Episcopus Romanus a papa              percutitur 141</p>	

900045  
 IN LIB. DE POL. CIVIT. DEI, &c. INDEX.

Vladislaus Pannoniæ Rex à Turcis occiditur	5	Vulgari idiomate docebatur in Ecclesia primitiua	112
Vnctio olim fuit Symbolum sanitatis	121	Vulgaris editio Bibliorum Hieronymi non est	78
Vnctio externa, cessante dono, inanis est	121	Vsura turpe & iniquum est lucrum	86
Vnctio à capite, non à brachio olim fiebat	77		X
Vrbanus Papa infeliciter persuadet principibus Christianis expeditionem transmarinam	88	X C. tonnæ auti ex Francia Romam venerunt tempore Martini P.P.	144
Vrbanus VII. vndecim dierum Papa	184		Z
Vrbanus II. cur dictus Turbanus	105	Zofimi testimonium de responso parum Christiano Innocentii Episcopi Romani	140
V R I M, id est, illuminationes	42		
Vt ex malis moribus bonæ leges, sic ex murmure, originem duxit ordo diaconorum	64		



